



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XLII. De Testamentaria successione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

fit, vt respondit Scæuola, l. cum tabernam 34. §. 1. de pignor. satis est, si epistola fuerint alicui præsentatæ cui diriguntur & acceptatæ, non aliter, Bart. in d. l. cum tabernam §. 1. Boer. consi. 25 nu. 18. & 30. Et quamuis in præiudicium alterius, vel veritatis nõ faciant fidem epistolæ, l. non epistola, cum l. sequi. C. de probatio. l. epistola, in præ. de pact. tamen in præiudicium scribentis, & ad vilitatem eius cui mittuntur, & fidem faciunt & obligationem, Zabarella, consi. 153. versum quod dicitis. ¶ Potissimum ¶ si agatur de conuentionibus, quæ solent consensu tantum pe. fieri & quæ inter absentes fieri possunt, l. 1. mand. P. maxime inter negotiatores, inter quos epistolæ, quas vocant, l. etros de creance, fidem faciunt, vt in d. l. cum tabernam, §. 1. & d. l. publica, §. 1. ¶ Ita ¶ litteræ argentariorum seu banchariorum faciunt plenam fidem, etiam apud omnes, Bart. in l. 2. §. dicitur, de iure iis, 334. num. 8. ad d. l. quedam sunt persone, l. 9. §. fin. & l. argentarius, 10. de eden. P. Proinde recte dubitatur, num voluntatem suam institutiendi ali-

quem heredem epistola quis significare possit, vt ex ea petatur hereditas. Et certe placuit nulla alia voluntate, quam testamentaria: directe hereditatem relinquere posse: per fideicommissum, vel per legatum posse, l. 2. C. de codicill. in l. non codicillum, C. de test. cum similib. ibi not. Et idcirco respiciuntur Dioclet. & Maximi. in hæc verba, l. & in epist. 22. de fideic. C. Et in epistola, vel libello, vel sine scriptura, imo etiam nudo, fideicommissum relinquere posse, adhibitis testibus, nulla dubitatio est. Et donatum in ea epistola, etiam quæ qui donauit voluit aperiri post mortem tantum suam, transit in fideicommissum, & debetur ab herede, l. miles ad forem 77. de legat. 2. Quod intelligendum est, si quinquæ testibus præsentibus fuerit per scripta epistola, non aliter, quia omnis vltima voluntas saltè quinq; testium testimonio eget, l. 1. & l. fin. §. si de codic. C. excepto testamento, quod plures postulat, l. hac consulti sumus, & l. in testamentis, C. de testam.

## DE TESTAMENTARIA SUC- CESSIONE. LIBER XLII.

Cur prius de testamentaria, quam intestati successione dicamus. Cap. 1.

- 1 Testamentaria successio materia cur proponatur questioni successio ab intestato. & seq.
- 2 Testant facultas quare concessa, & 3.
- 4 Infirmitatis titulus honoris tribuitur etiam liberis.
- 5 Testandi voluntatem quam improbare videntur, dissoluta, & seq.
- 7 Heredes ab intestato & ex testamento quibus iuribus vocentur ad hereditatem.
- 8 Testamentaria successio ex lege etiam defertur.
- 9 Iusta hereditas quare ab intestato dicitur in societate.
- 10 Successio ceria que dici possit.
- 11 Ab intestato venientes possunt vocari ex testamento, si velint.
- 12 Sobolem suam potest quis postponere aliene si velit, sed non præsumitur.
- 13 Vniuersi expressa non excludit matrem.
- 14 Dispositio legis, quomodo fortior dispositione hominis.
- 15 Testamentaria successio, intelligenda est ex testamento subsistente.

**Q**uamquam ¶ antiquior succedendi ab intestato causa quibusdam visa sit, quam testamentaria: tamen rectius facturum me existimo, si de hac quam de illa prius dixerim. Primum, quia succedentes ex testamento præferuntur vocatis ab intestato l. quam l. 2. de acq. hered. P. l. quam dicitur, de regul. iur. l. antequam, comm. de success. l. 1. de bon. poss. sec. tab. P. Successio quippe legitima seu ab intestato, subsidiaria est, quando mortuus non expressit de successore voluntatem. Quare promissio hominis, tollit prouisionem legis, l. maritus, de procur. C. l. fin. C. de pact. conuen. Ita tutores datissimi & legitimi vincuntur per testamentarios, l. si tutores, de testam. iure auct. vt sic. matr. & auct. ¶ C. quam. mar. offic. iur. fungi pot. ¶ Secunda ratio, ¶ quia Reipubl. inter est, cuique permitti de rebus suis liberam dispositionem, vt possimus saltem morituri beneficia illis rependere, a quibus viuendo accepimus. Et ideo responsum, hereditates ob bene merito deferri, l. nec adiecit pro sic. P. qui ad remunerationem natura tenemur, Cle. sed & si lege, §. consilium, de petit. hered. Sicque ad stipulatur alia naturalis æquitas cui conuenit maxime, voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi, §. per traditionem, de rer. diuis. Vt enim viuentium voluntates admittuntur, sic & mortuorum, §. fin. de leg. ius. Can. 101. ¶ Et Plutarch ¶ de legibus Solonis loquens. Plut. in Solo. Cui, inquit, is permisisset, pro voluntate cuiusq; si superesset filii herede consensu, visus est amicitia & propinquitatis, & gratiam necessitati præferre. Tertia ratio prior debet esse causa testamenti, vt per potestatem illam bonorum nostrorum distribuendorum nobis concessam, gratos & officiosos in nos reddamus plures, qui spe quippiam aliquid a nobis accipiendi, nobis promptius operam suam & auxilium subministrant. Sic explicat Demosthenes, in oratione aduersus Leptinem his verbis a Græco conuersis. *Mihi vero*

videtur, Atheniensis, (sed quæsto te ne mihi irascaris, nam mali de te nihil dicam) Leptines leges Solonis aut non legisse aut non intellexisse. Nam cum legem Solon tulerit, licere cui legatum liberi non sint, quem libitum si heredem institueret (non vt genere proximos iure propinquitatis fraudaret: sed vt vtilitate in medium proposita efficeret, vt homines inter se certarent beneficiis) tu contra non dubites auctor esse, ne quicquid de suis opibus populo liceat aliis impertiri: quomodo quæquam dixerit te Solonis leges vel legisse, vel intellexisse? & c. ¶ Et ¶ in iure civili, institutionis titulus etiam honori tribuitur in persona liberorum, Vlpia. in l. filium, §. sed etsi portio, de leg. prest. lib. 37. P. tit. 5. Et Cic. ad Apuleium scribens pro quaestore, Hominem, inquit, probum existimari, qui parentis aut patroni iudicio, si uolo heredis ornatus esset. Accedit Theodolus, in Nonell. Theodolus, tit. de test. Innuitus, inquit, nemo taceat aut loquatur, vt id testamentum, quod meram testantis obinet voluntatem. Natura talis est hominum, vt quosdam diligant, alios timeant, aliquorum fidem existiment eligendam, alios nihil credendum. Et iniquum certe vitium est homini sane mentis testamenti factionem adimere, Paul. in lex sacro. de vulg. s. Communique consensu fere omnium gentium, hæc licentia testandi et electa dominis est. ¶ Neque facillit, ¶ quod videatur hæc facultas testandi improbanda, eo quod differt effectum voluntatis in tempus quo dominus quis non est, post mortem videlicet, qua dominium soluitur, vt omnia §. de neeps, de nupt. in auct. collat. 4. & morte tantum confirmetur testamentum, cum Maribus, de celebr. missar. parique sint aliquid fieri tempore prohibito: & differri in tempus prohibuitum, l. quod sponso, de don. ante nupt. Siquidem testamentum non accipitur post mortem, sed pendet ex libera disponendi voluntate ante mortem concessa: quæ, quia libera est vltique ad vltimum vitæ spiritum l. ad adm. lega. P. cum ventiltima periculus, desinit esse ambulatoria quidem, quia alud vellet non datur postea, l. 1. C. de sacros. eccl. sed tunc morte non incipit: sed quæ ante erat, effectum sortitur tunc. Valere debet testamentum ante mortem, sed extinctio post mortem fit ab herede, §. legatum, de legat. apud Iustinia. l. legatum est de lega. 1. l. heredes quoque, de acq. hered. P. l. omnis hereditas, de reg. iur. Quod & in stipulatione, quæ in tempus mortis effectum reuocit, non est reprobatum, l. scripturam, de contrah. & comm. stip. C. ¶ Leuitissimum ¶ & illud, quod quidam tuentes communionem rerum, dispositionem liberam adimunt, nam eadem ratione contractus & dominorum possessiones extrudi deberent. ¶ ¶ Sed ¶ 7 qui putant præferendos venientes ab intestato, quod triplici vocentur iure, natura l. si quo bonorum, C. l. 1. de vir. & vxor. diuino. L. iur. 2. §. num. 27. civili, l. 1. de ius, & leg. her. P. Et funtulus triplex fortior sit vno, l. re conuictis, de lega. 3. l. tripli. de verb. sign. Cum iure civili tantum vocati videantur ex testamento instituti non animaduertrunt, vocari etiam omnibus iuribus ex testamento institutos. Nam & in iure diuino testamentum fecerunt Abraham, Genes. 21. & 25. & Iacob, Genes. 48. & 49. Probauit Deus, locutus ad Ezechiam, d. sponso domus tue: quia mortuus es, Esai. 38. 4. Reg. 6. 20. Ius gentium dominia etiam distribuit, & libere tenet

libertatem de illis concessit. *l. ex hoc iure. de iust. & iur. P.* Ita pari approbatione dicitur vtraque successio, sed ordine, ut primo admittatur ex testamento veniens si sit: deinceps secundo loco, deficiente testamento, venientes ab intestato. Atque voces illæ, intestati, & ab intestato, satis superque indicant deficere testamentum: & ideo tunc voca. i. Oritur & ex testamento actio civilis & naturalis, ut not. Bartol. in *leg. interdam, num. 6. de cond. indeb. P.*

¶ 4. Obiiciunt, quod qui vitur iure communi, præfertur ventii iure speciali, *l. centurio, de vulg. P. l. civi militis §. 1. de test. mi. P.* At qui venit ex testamento, vitur iure speciali, *glo. in leg. illa institutio, de hered. instit. qui vero ab intestato, auctoritate legis communis, vnde & vocatur legitima successio, l. 1. & 2. de bon. poss. titu. de suis & legu. her. P. & de legit. hered. C.* Ceterum & qui venit ex testamento, ex iure communi quoque venit, *d. l. centurio, de vulg. Et lege quoque hereditas testamentaria obvenire dicitur, l. lege obvenire 130. de verb. sign.* Possit & negari, venientem iure communi præferri privilegiato dum concurrunt ius commune & singulare in diversis personis. Potius enim est in privilegiato privilegium, *l. si non speciali, C. de test. c. 1. de constit. in 6. §. 5.* Non obest, quod iusta tatum dicatur hereditas, quæ ab intestato ad nos pervenit, *in l. ea qua in nominibus §. de slio pro soc. P.* Nam illud intelligendum in sua hypothesi communicationis faciendæ in societate: quia sub spe eius veluti certa inita est societas. Et ea iusta non dicitur testamentaria, quæ non est communicanda, utpote quæ non spe, sed ob benemeritum heredis plerunque deferatur, *l. nec adiecit, eod.*

¶ 6. Minus t. obest, quod successio ab intestato certa sit, ordo enim præstitutus ei est per gradus qui confundi nequeunt, *l. Iurisconsultus, de grad. affini. tit. de success. edict. cum similib.* Testamentaria autem varia esse potest, quod varie sunt hominum voluntates, *l. quia poterat, ad Trebell. P. ca. quia dixerit, de concess. prob. Ergo minus hæc sequenda solut. Quia voluntates quidem incertæ sunt, sed illæ certæ per legum regulas redduntur.*

¶ 7. Non t. obest, lex si quis, in 2. de hered. in fili. ubi agnati excludunt venientes ab intestato. Nam ibi agnati & vocati erant, si vellet esse heredes, & alii ex testamento tantum, si agnati nolent adire hereditatem: vnde volentibus agnatis hereditas, deficiente conditione, ex testamento non dicuntur vocari. Et sic frustra de concursu, quod non fit, disputatur. ¶ 8. Non obest, quod nemo videatur suam sobolem extraneis institutus postposuisse, *l. cam ausu, de cond. & demonst. l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. generaliter cum §. autem, de instit. & substit. sub cond. fac. C.* Hoc enim verum in dubiis: in claris, non est opus coniecturis, *ca. de manifesta. 2. q. 1.* Si enim velit, potest. ¶ 9. Pugnare t. videtur Iustin. in l. si de inst. & substit. sub cond. fact. dum mater præfertur in successione filii intestati impuberis ei qui substitutus est filio, si posthumus non nasceretur. Sed ibi substitutus in casu, si posthumus non nasceretur, & ita vulgariter natoque posthumo excludebatur, *l. de vulg. P.* Et expirante substitutione mater filio ab intestato sine concursu testamentarii alicuius heredis succedit. Et pupillaribus tacita non excludit matrem. ¶ 10. Obiiciunt, fortior t. est dispositio legis, hominis dispositione, *l. nemo potest, de leg. 1. l. non dubium, C. de leg. l. iuris gentium §. prator ait, de pact. P. l. pacta qua contra, C. eod. l. si liberus, de iure patro. P.* Et proinde successio intestati, quæ a lege inducta est, fortior erit dispositione hominis testamentaria. Sed hoc tollitur, ut 3. & 4. argumentum. ¶ 11. Postremo t. non obest, quod filii præferantur (si in iuste exheredati sint) instituto *auth. ex causa, C. de liber. pster.* Nam nos loquimur de testamentaria successione ex testamento legitime condito, *l. inter cetera, eod. P. l. 1. de testa. P.* contrarium autem, locum habet in testamento non subsistente. Et testamentum proprie dicitur, quod iure perfectum est, *leg. 2. §. 1. quemad. test. aper. P.* aliter: testamentum non præstat impedimentum, quod de iure non fortitur effectum, *c. non præstat, de reg. iur. in 6. l. quonia quis suis, cog. P.*

## De Definitione Testamenti. Cap. 2.

- 1 Testamenti factio duplex, activa & passiva, & qua vtraque.
- 2 Testamentum quid.
- 3 Testamentum in quomodo mentis testatio.
- 4 Captatoria ultime voluntates reprobate.
- 5 Heres institutus per testatorem metus compulsam non consequitur hereditatem.
- 6 Bianditius permissum ne sit provocare voluntatem ultimam.

- 7 Voluntas ultimata, si modo iusta sit.
- 8 Heredis institutio princeps causæ testamenti validi.
- 9 Institutio testamentaria triplex, propria, impropria, improprissima, & legitima filiorum quanta sit.
- 10 Testamenti & contractuum differentia.

Testamenti factio duplex, activa & passiva. Activa est potestas faciendi testamentum: Passiva est potestas accipiendi ex testamento, *l. filiusfamilias, de testam. §. testamenti autem factio nem, de hered. qualis. & diff. apud Iustin.* ¶ Testamentum t. porro Vlpianus secundum aliquos in titulis ex corpore iuris excerptis tit. 3. de fideiuit. *Testamentum mentis nostra iusta contestatio, in id solemniter factum, ut post mortem nostram valeat.* Sed illa finitio nimium angusta videtur, neque est, ut opinor, Vlpiani, sed alicuius studiosi viri, qui in quosdam locos sibi quædam excerpta ex Vlpiani responsis collegerat. Quemadmodum nec ea puto Pauli, quæ receptatum sententiarum titulo circumferuntur, sed alterius qui ex Pauli legibus sibi locos communes fecerat. Et ad rem propius, conuincitur Vlpiani prædicta finitio falsitatis, ex responso, *l. 1. de testa. in P. vbi Vlp. sic loquitur: Testamentum est voluntas nostra iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri voluit.*

¶ Et hæc est vera & substantialis testamenti finitio. Nam quod Iustinianus tradidit, *in §. 1. de testa. ord.* testamentum mentis esse testationem, ad etymologiam nominisque explicationem, non ad substantiam referendum est, ut etiam monet Theophilus, *§. 1. eod. tit. in instit. Theoph.* Nec mihi otium est, immorari in refutandis cachinnis eorum, qui insulam existimant nominis declinationem & inculcat de calciamento & aliis ridiculis: sufficere enim si admodum illos non legisse quod est apud Sext. Pompeium, libris de verb. sign. *Mentum, inquit, dicebant, quod nos commentum.* Vbi & mentum & commentum pro mentis memoriali, excogitatum pro recordatione: quia commentum a verbo comminico, & illud a verbo antiquo meminico, ex quibus deducitur supinum commentum, & mentum. Ut testamentum non insulæ, ut ipsi putant, testatio mentis dicatur, vel testatio excogitata, vel excogitatum cum testimonio vel testatione: testatio enim quod fit, testatio dicitur, *l. si pro devel. P. l. acceptam, C. de iur. & detestatio, denuntiatio facta cum testatione, l. renuntiatio, de ver. sign.* Qualis autem & cuius rei hæc testatio, in substantiali finitione explicat Vlpianus, ut sit testatio voluntatis nostræ, *le. de testam. P. iusta, de qua appareat testibus qui requiruntur, l. hac constituta, & l. in omnibus, C. eod.* ¶ Verba t. porro illa finitionis, *voluntatis nostræ,* docent voluntates ultimas pendere non debere ex alterius quam testantis voluntate libera, non captata. Ita enim dicimus captatorias voluntates improbari ultimas, *leg. illa institutio, l. si quis Sempronium, & l. captatorias, de hered. instit. leg. nonnunquam, de cond. & demonst. quaquam agatur de legatis, le. captatoria, de leg. 1. vel de militari voluntate, l. captatorias, de test. mili. C.* Quamvis ex æquitate canonica, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videatur decessere intestatus, *c. cum tibi 13. de testa. vide ibi Panor. & alios.* Quod plerique explicant, ut liceat ex ea equitate cõferre institutionem in alterius arbitrium. Quod tamen textus non ait. Et puto committere extremam voluntatem in iure illo, esse executionem liberam voluntatis testatæ alicui relinquere: puta, ut omnes probant, si ad pias causas relinquatur, vel si expressa voluntas institutionis committatur approbationi vel reprobationi alicuius. Alioquin non video etiã iure canonico quomodo testamentum dici possit, in quo testator non scripsit, nec nũcupavit heredem. Et ita puto testamentum non valere, si in arbitrium futurum alterius conferatur, non si in præteritum, *l. ille autem institutiones, de hered. instit. P.* Quo fit, ut ipse testator debeat vel proprio ore nominare, vel propria manu scribere in testamento heredem, *in l. hac constituta, & l. iubemus, C. de testam.* Potest tamen executio voluntatis ultimæ conferri in alterius arbitrium. Et hoc modo potest imponi conditio heredi, ut heres sit si velit, *Hermo. in l. verba hæc 12. de cond. instit. quæ quamvis non exprimitur, inesse videtur, l. Cornelius, & Manius, 69. de hered. instit. P.* ¶ Quia nemo cogitur hereditatem inuitus accipere, *l. nec emere, de iur. delib. exceptis necessariis heredibus.* Potest etiam & in arbitrium cõferri quantitas legati definitio, vel taxatio: & ita puto intelligendam de quãtitate, *l. 1. de leg. 2. ne ex diametro pugnet aliter cum l. nonnunquam, de cond. & demon. P.* Penderet & ex his verbis, *voluntatis nostræ,* & c. improbatio institutionis,

- quam testator fecit inuitus, vel metu adactus: & ideo qui a coactio testator institutus est, siue is metu impulerit & coegerit, siue alius pro eo in scio vel consentiente, heres non est, *leg. si quis ali. testa. prohib. C. facit. l. i. in prin. C. §. 1. eod. tit. in P.* ¶ Blanditiis ¶ tamen prouocare voluntatem in se defuncti non est prohibitum, sed probatur iure ciuili ex his facta institutio, *l. fin. eod. C. §. l. fin. eod. tit. P.* nisi nouercalibus delinimentis pater inductus, contra proprium sanguinem iudicium suae voluntatis dedisset, *l. 4. de inoff. testa. P.* Statuit & Solon, *Plutarch. in vita Solon.* non valere testamentum eius, qui ingrauescente morbo, aut medicamentorum vi impellente, aut vinculis, aut coactus, aut coniugis suasionibus, aut blanditiis adductus, disposuisset. ¶ Si quidem ¶ in finitione occurrit huic voluntati, quod exigitur, vt voluntas sit iusta sententia: alioquin omnis voluntas rata non est, nisi ea sit iusta quoque. Iusta porro erit, quae iure & bene fit, *c. ius dicitur est, de verbor. signific. §. 1. de nupt. l. si uxor, de adult. P. & secundum leges.* Neque subsistit dispositio, quae aduersatur rationi vel legibus, *c. fraternitatem, de sepultur. l. nemo potest, C. de le. si quis inquilinos 115. §. si. de leg. 1.* Nec proprie testamentum dicitur, nisi iure perfectum, *l. 2. §. 1. quemadmodum testam. oper.*
- ¶ Vnde ¶ colligimus non magnopere laborandum esse, in explicanda quaestione eorum, qui putant addenda esse huic finitioni Vlpiani, verba, *cum heredis institutione.* Nam leges, cum de vltima testamentaria voluntate agunt, institutionem heredis existimant esse principem, sine qua non sit testamentum efficax, *l. 1. de vulg. in P. l. quod per manus 10. C. §. l. fin. de iur. codic. P. §. ante heredis institutionem, de legat. 1. de hered. instit. P. §. in primis, de fideic. hered.* Et institutio directa & exhereditatio, facit vt testamentum ab aliis vltimis voluntatibus separetur: quia nec in codicillis, nec in aliis hac fieri possunt, *l. non codicillum, C. de testam. leg. illud 13. §. fin. de iur. codic.* Instituire herede nihil aliud est, quam intra hereditatem ponere, dare ei hereditatem, siue talis scriptus sit, siue talis fuerit nominatus, *l. 1. §. institutum, de hered. instituen.* Excepto milite, qui ex privilegio in codicillis institutionem facere poterit, *l. militis codicillis, in prin. de milit. testam. in P.* & haec institutio non proprie talis est.
- ¶ Facit ¶ & Guill. Bened. ad ca. Raynuius, ad verba, adiciens, vt *Alerocha, num. 16. 17. 18. de testamen.* testamentariam institutionem triplicem, propriam, impropiam, & impropiissimam. Propria est, cum in testamento quis instituitur in tota hereditate, vel in quota aliqua eius in *l. quoties heredis, de hered. instit. P.* Improperia est, cum filius instituitur in legitima, vel in eo quod in legitimam reducitur: puta, si in dote, vel in donatione propter nuptias instituitur, vt in *l. quoniam nouella, C. de inoff. testam.* Legitima namque naturae est quidem, quota bonorum patris pars deducto a re alieno: non hereditatis, in qua & debita sunt: *l. cum a matre, C. ibi not. C. de res vind. l. fin. §. in computatione, de iur. deliber. Tenet Bart. in l. ex facto, circa med. de hered. instit. rex. glo. Ange. C. §. mala in l. i. tamen, §. separatus, ad Trebell.* Impropiissima, quoties instituto herede vniuersali, alius extraneus instituitur in re certa. In quo casu illa institutio non est quota hereditatis, neque bonorum, ad eunde herede vniuersali, *l. ex facto, C. l. quoties, de hered. instit. Bald. in l. Gallus Aquilius in fin. de lib. C. posthum. Ang. in §. 1. de hered. instit.* ¶ Instituitur ¶ porro heres in testamento, vt ipse voluntatem defuncti exsequatur, secundum postrema verba finitionis testamenti, *de eo quod post mortem suam testator fieri voluit, quae constituunt differentiam inter voluntates vltimas testamenti & voluntates contractus.* Cum in testamentis variare liceat & mutare placita vsque ad mortem, quia eorum effectus post mortem tantum est, *l. 4. de adion. lega. l. cum hic status, §. aut oratio, de dona. int. vir. C. uxor, l. posterior, quib. mod. test. in fin. at in contractibus nescit vox semel missa reuerti, & effectum sine retractione statim contractus accipit, leg. in commodato, §. sicut commod. l. sicut, de actio. Et statim fit creditor & debitor contractu inito, etsi sub conditione in tempus mortis executio differatur, *leg. is cui sub conditione, de actio. §. ex conditionali, de verb. oblig.* cum tamen heres non possit in testamentis dici, nisi post mortem testatoris, nec licet editas, *l. pro hered. P. l. 1. de hered. vel actio. vendit. P. l. nihil aliud, de verb. sign. l. hereditas, de reg. iur. nec qui putat testatorem viuere, adire potest eius hereditatem, l. heres institutus, de acq. her. d. P.**

### De Testamentorum distinctione seu diuisione. Cap. 3.

1 Testamentorum priscorum tria genera, in comitiis, in procin-

- tu, per as & libram.  
 2 In procinctu testamentum quando fiebat.  
 3 Testamentum per As & Libram.  
 4 Testamenta nostra non cognoscunt ante mortem quare nostra inter-  
 est. C. §. 5.  
 6 Testamentorum hodie tres species, Solemne, Nuncupatum, &  
 Militare.  
 7 Testandi, vt vellent domini facultas restricta.  
 8 Testamentum coram principe factum, vel apud acta, non eget  
 solemnitate. C. §. 9.  
 10 Testamentum amissum probari potest per instrumentum & duobus  
 testibus quomodo.  
 11 Testamentum imperfectum duplici modo, solemnitate, vel  
 lenitate ratione.

Antiquorum ¶ testandi formulae fuerunt, quae partim in de-  
 suetudinem abierunt, partim immutatae vestigia prisca hodie  
 retinent aliae omnino subsistunt. Tria genera testamento-  
 rum fuerunt priscae temporibus: vnum, quod fiebat in pace &  
 otio solemne: aliud, quod in procinctu: tertium, quod per as &  
 libram, *Iustin. in §. 1. C. 2. de test. in Insti. iur. ciuil. Aul. Gell. lib. 13.  
 ca. 27.* In otio pacis, Romanis calatis comitiis, id est, coram populo  
 conuocato per cornicinem fiebat. Iulius Pollux, *lib. 8. Ono-  
 dum agit, vt ei dicitur, de magistris equitum,* apud Graecos eundem  
 morem seruatum inuuit, dum ait, quatuor species esse concionum,  
 sed primam & praecipuam, quae confirmabantur magistratus,  
 & ibi publicas causas euulgari solitas, hereditatumque partes,  
 & vt ipse scribit *ἀρχαίαι τῶν κληθῶν.*

¶ In procinctu ¶ fiebat, ante viri ad praelium faciendum in  
 aciem vocabantur: quod antequam gladii cingerentur pugna-  
 turi, fiebat tribus aut quatuor audientibus tantum, vt scribit  
 Plutarchus etiam in Coriola, cum aliis, *Iust. §. 1. de testa. ord. Gellius  
 15. c. 27.* ¶ Tertium ¶ fiebat per familiam emancipationem, cui  
 as & libra adhiberetur: cum testator e manu sua abdicabat bona  
 sua, & quasi vendebat ei, quem heredem faciebat imaginaria  
 venditione, adhibita libra, & ere ab emente dote, & adhibito li-  
 bripende, & quinque testibus puberibus ciuibus Romanis, &  
 eo qui familiae emtor dicebatur, *d. §. 1. de test. ord. A. re enim rudi  
 & ponderato in alienationibus prisca antiquitas vtebatur, Plin.  
 lib. 33. c. 3.* pro pecunia, cuius commercii formula remansit in  
 simulata venditione, quae alienationem continet per adiunctio-  
 nem asis & librae. In titulis Vlpiani, tit. 20. illius testamenti so-  
 lemnitas apponitur in haec verba, *In testamento, quod per as & li-  
 bram fit, duae res aguntur, familia emancipatio & nuncupatio testa-  
 menti. Nuncupatur testamentum in hunc modum. Tabulas testa-  
 menti tenens testator ita dicit, haec in his tabulis certisue scripta vt  
 sunt, ita do, ita lego, ita testor: itaque Quiritis vos testimonium praebetor.  
 Quae nuncupatio & testatio vocatur.*

¶ Has formulas ¶ aliquando & ius ciuile probauit, idque vt 4  
 obuiam iret fraudibus, quibus clam voluntates vltimae supponi,  
 vel intercepti, vel corrupti possunt. Sed postea ius praetorium  
 aliam adinuenit formulam testandi, cum praedictae certis ratio-  
 nibus displicuissent, *§. sed praedicta quidem, de testa. ordin.* Tunc  
 quia rursus visum non est adhiberi vltimis voluntatibus tantam  
 hominum turbam, quanta in comitiis aderat. Eueniebat namque,  
 vt publicata palam voluntate testamentum, proximi, quibus-  
 que nihil testamento relicto erat, in contemptum testamentum  
 protocarentur: & alii qui se nouerat institutos, necem illorum  
 habenda hereditatis gratia accelerarent. ¶ Interest ¶ quoque ¶  
 nostra, ne secreta rei nostrae familiaris, debita vel onera, secreta-  
 ue pandantur, *l. 2. quan. C. qui. quar. pars deb. l. br. 10. C. l. 2. C. de  
 alim. pupil. praef.* Vt eadem ratione voluerint hodie leges testa-  
 menta viuendum non resignari, vel si resignentur, vel propale-  
 ntit, poena imponatur falsi, & alia facientibus, *l. 1. §. si quis tabulas,  
 de posit. in P. l. si quis testamentum, §. 1. ad l. Aquil. in P. l. si quis aliquid,  
 §. qui vini, de pen. in P.* Et quamuis omnino secretum non  
 dicatur, quod sit coram testibus, in *l. coram, de verb. sign.* tamen  
 respectu alio, secretum dicitur, quod vulgo notum non est, *leg. 1.  
 §. summa cum vtilitate, de iis qui deie. vt effude. lib. 9. P. tit. 3.* Ita-  
 que praetorio iure testamenta ita demum rata erant sine manci-  
 patione, si testium septem signacula adhiberentur, *d. §. sed praedi-  
 cta.* ¶ Tandem ¶ autem iure praetorio cum ciuili coniuncto, &  
 in vnum corpus redacto, testamentorum tres species esse ceperunt  
 vltimate. Aliud namque testamentum paganicum, aliud mili-  
 tare, *§. 1. de milit. test. ap. Iustin.* Et rursus paganicum, aliud quod  
 scripturam est solemnem exigit, vt de solempne dicitur, *§. sed cum*

p. n. l. a. m. de test. am. aliud quod sine scriptura fieri potest, §. pen. de  
 hered. & sal. m. n. h. §. si de test. nuncupatum dicitur. De quib.  
 T. potest. §. Ex his antiquae omnes disponendi matorem formu-  
 lae & libertas disponendi ut cuique placuisset legibus 12. tabul.  
 concellat. l. verba, de verb. sig. modum & cancellos recepti. l. 1. ad  
 leg. Falc. P. §. 1. eo. tit. av. l. i. in. constituta regula rebus, personis, &  
 formae. Arguuntur & ratione reum testamentum coram, qui non  
 ut viros opo. tebar, sed nimis molliter & remisse fecerant inli-  
 tutiones de vxoribus, eis vniuersarum rerum suarum vsum fru-  
 ctum relinquentes, filius autem nudam proprietatem, qui inter-  
 rim fame peribant, neve in posterum id fieret cautum est, §. pro-  
 hibemus autem, de vien. & sem. in a. h. neve liceret plus quam do-  
 dantem legatis donare, d. l. 1. ad l. Falc. Personis, quae dispo-  
 nere non possent, lex quoque posita, quibus relinqui non possent,  
 ut paulo post dicemus Deo fauente, Et placuit quoque, non cui-  
 libet disponendi formam arbitrio concedere. Quemadmodum  
 Scaevola Iurifconsultus. l. codicillis 9. §. fin. de leg. 2. non probat nu-  
 dam voluntatem testatoris declinantem a lege, quia ita dispo-  
 nerat de suis bonis, Lucius Titus hoc meum testamentum scripsi sine  
 ulla l. i. r. p. r. o. r. a. t. i. o. n. e. m. i. n. i. m. e. t. p. o. t. i. u. s. s. e. c. u. r. u. s. q. u. a. m. m. i. s. e. r. a. m. &  
 n. i. m. i. u. s. d. i. l. i. g. e. n. t. i. a. m. & s. i. m. i. n. u. s. a. l. i. q. u. i. d. l. e. g. i. t. i. m. e. m. i. n. u. s. u. e. p. e. r. i. t. e. f. e-  
 c. e. r. o. p. r. o. u. s. u. o. & l. e. g. i. m. u. s. h. a. b. e. r. i. d. e. b. e. t. h. o. m. i. n. i. s. s. a. n. i. v. o. l. u. n. t. a. t. e. Et Pla-  
 to quoque in ea sententia fuit ne committeretur modus dispo-  
 nendi singulis ex arbitrio. Sic enim scribit. Pla. 11. de legibus. Mul-  
 ta singuli dixerunt, & inter se & legibus, & vincium moribus, ma-  
 ioribusque suis contraria proferre testabuntur, si quis statuet, quod-  
 curque testamentum in sine vita conditum fuerit, id omne fore inuol-  
 utum. Stulta enim & abiecta quadam morositate ferme omnes pra-  
 muntur, quando mortuos se iam arbitrantur, facit §. illud quoque,  
 de trie. & sem. in a. h. Et cum quisque suorum velit esse dominus,  
 mortuus homo. Frequens tunc his verbis vitium. Graue nimium  
 inquit est, o Deus, si mea m. h. non licebit cuiusque velim relinque-  
 re, & alius plura, & alius pauciora prout erga me mali boniue liquido  
 fuerint inuenti in morbo, tum in sano, tum in alis infortunis meis  
 comprobati. Unde praescripti leges, o Clinia, molles fuisse mihi videntur,  
 qui legem scripserunt illam, per quam licet cuique vicinque ve-  
 lit simpliciter sua disponere: quod ego qui leges condidi, aliter statu-  
 endum censeo & leges disponendi ponam. Ex quibus video recte abro-  
 gatam legem Valentianam, qui in novellis statuit, iure novell. Va-  
 lent. tit. 4. de test. am. licere testari cunctis iure civili, iure pretorio,  
 per nuncupationem, municipalibus gestis, per testimonium p. in-  
 cipis & subscriptione conditoris. Et refert se indulsisse Leonio,  
 & vxori eius iucundae, ius liberorum, id est, ut in eadem carta mu-  
 tuo se possent in casu, quo alter alteri superiueret, heredes scri-  
 bere, ut. praed. §. fin. Statuit insuper, valere testamentum per scri-  
 pturam quam vocat holographem, iure testamenti in qua quis  
 propria manu voluntatem suam ob defectum testium requisi-  
 tum solus scripserit, aliquibus adhibitis. §. Ceterum §. coram  
 principe vel iudice factum, receptum testamentum, & validum  
 habetur. Omnium, inquit CC. Honor. & Theod. testam. o-  
 rum solemnitate superare videtur, quod incertum mera fide preci-  
 bus inter tot nobiles probataeque per sanas, etiam conscientiam prin-  
 cipis tenet. Sicut ergo securus erit qui alicuius cuiusque iudicis, aut mu-  
 nicipum, aut aurius priuatorum mentis sua postremum publicavit  
 iudicium: ita nec de eius successione vquam tractabitur, qui nobis  
 mediis & toto iure (quod in nostris est scriptis consuetum) teste suc-  
 cedat, &c. Id ipsum in Gallia approbatum fuisse videtur ex legib.  
 Caroli Magni, in capitula consuet. Carol. Magn. impressis ab Alex.  
 Weissenhorn, cum commentar. Ancopachei, pagi 62. habetur lex &  
 rubr. de adopt. lib. 2. Langob. Is enim sic statuit, Qui filios non ha-  
 buerit, & alium quemlibet sibi heredem facere voluerit, coram rege,  
 vel coram comite & scabinis, vel missis dominicis, qui tum ad iusti-  
 tias faciendas fuerint ordinati, traditionem faciat. §. Et hoc §. pro-  
 culdubio verum remanet, apud acta coram aliquo iudice testa-  
 mentum factum valere, perinde si coram principe fieret, & abs-  
 que testibus, dum tamen reperitur scriptum in actis curiae, per l.  
 omnium & l. sancimus, ibi vel inter acta manifestauerit. C. de testam.  
 quia acta in iudicio non requirunt testes leg. in donationibus, C. de  
 donat. not. glo. in l. si. C. de re iudica. Veruntamen dubitatum est, an  
 omnino nulli testes exigantur, an aliquis numerus, non tamen  
 tantus quantus in testamentis alibi factis. Et hic pugnantibus sunt  
 sententiae, de quibus vide Guill. Bened. in c. Raynus, ad verb. testa-  
 mentum 1. num. 18. & 19. de testam. Inter quas iudicio meo resolu-  
 endum est, requiri testes saltem duos, qui dicant ita coram iu-  
 dice testamentum factum fuisse: quia & constare de omni facto

debet, an factum sit, antequam de viribus queratur. Nec acta  
 ipsa iudicialia fidem faciunt, antequam constet esse acta iudicia-  
 lia, testibus duobus viris fide bona electis, ca. quoniam contra fal-  
 sum, de probat. §. Et §. probatio omnis plena saltem duobus eget  
 testibus, l. ubi numerus de test. P. Facit & quod traditum est, tes-  
 tamentum probari posse per instrumentum, ita concludit glo. in  
 l. fin. C. de fideic. & ibi Bart. & plenius in l. heredis, de testa. in P. Gui-  
 do. P. ap. ut servari tradit de off. 3. 3. probando scilicet casum amif-  
 sionis eius scripturae, & eius quod in eo continebatur, si testa-  
 mentum factum coram septem testibus fuisset deperditum vel  
 substractum, Bal. sing. 1. 56. inc. nemo prudens Boer. conf. 48. nu. 11.  
 Et hodie remissa est omnis testamentorum solemnitas in testa-  
 mentis ad pias causas, dum tamen apparet de voluntate perfe-  
 cta, idem eo. conf. nu. 4. & 5. §. Nam §. testamentum duplici modo  
 imperfectum dici potest, & ratione solemnitatis, & ratione vo-  
 luntatis. Et aliquando ubi constat de voluntate, etiam si sole-  
 mnitas deficiat, valet testamentum, docet Boer. de off. 2. 40. nu. 43.  
 Et proinde quamvis remittatur solemnitas, tamen est probanda  
 voluntas.

## De Testamento Solemni &amp; in Scriptis facto.

## Cap. 4.

1. Testamentum in scriptis & solemne quid.
2. Testamentum subscribendi formula.
3. Subscriptio & signatio in testamento solemni testium requiruntur.
4. Testamentum in quacumque materia scribi potest.
5. Testes testamentarii omnibus actibus testamenti adesse debent. Et ido-  
neis censentur habita ratione codici testamenti. & si plecta non sit.
6. Signata in testamento referari non debent, usque ad apertionem.
7. Testamenti tabulae quomodo aperienda.

**T**estamentum in scriptis antonomastice dicitur, quod so-  
 lemmitate maiore perficitur. De qua sigillatim agitur in l. ad  
 testium, de testa. P. & in l. hac consultiissima 21. eo. tit. C. ubi Paul.  
 Castr. ponit 13. requisita ad testamentum perficiendum solemne.  
 Porro Io. Faber ad §. possunt de testa. ap. Justin. & post eum Chaf-  
 sanus, in §. 4. ad ver. illa par son testament valablement fait. num.  
 11. ad successions, in consuet. Burg. quae hodie in praxi istius testa-  
 menti perficiendi sunt, tradunt. Et in summa, qui ita testari vel-  
 lit, debet scribere per se testamentum si nolit aliquos scire, quid  
 in eo scriptum sit. l. hac consultiissima, de test. vel per alium, puta se-  
 cretarium suum, aut & non obse. u. u. eo. C. l. seruus 28. eod. P. Sal-  
 tem nomen heredis per se vel unum ex testibus, §. sed his omnib.  
 de testa. l. iubemus 29. & l. nostram 30. eo. tit. §. quia vero ante, novell.  
 119. 2. Vocare debet testes septem eosque rogare, ut sint testes,  
 quomodo hoc testamentum sibi condiderit, l. heredes palam §.  
 in testamentis, de testa. & scripserit, vel subscr. ribat: & si nesciat li-  
 teras, octauum adhibere debet testem, qui subscribat, l. cum an-  
 tiquitas. C. eod. In quo videtur corrigi. l. hac consultiissima.

§. 3. Quando §. per se testator subscribit, debet iubere, ut in 2  
 continentem se omnes testes subscribant, d. l. hac consultiissima. Sub-  
 scriptiones haec formam habent, primum testatoris. Ego talis vo-  
 lo hanc curiam testamentum esse meum. Et sicut in ea scriptum est, te-  
 status sum. Subscriptio testium. Ego talis, Petrus puta Gregorius,  
 vocatus & rogatus in testem ad testamentum talis, quod hac scheda  
 continetur, manu propria subscripsi, & tali signo signavi. Sic enim Vl-  
 pianus tradit, l. singulos 30. de testam. P. singulos testes, qui testamento  
 adhibentur, proprio chirographo annotare conuenit, quis & cuius te-  
 stamentum signauerit. Ponuntur subscriptiones in ima parte tes-  
 tamenti. §. 4. In §. eodem testamento apponuntur sigilla, vide 3  
 Boer. in §. 1. in §. off. mag. de testa. in consuet. Biturig. singulorum tes-  
 tium, qui se subscriperunt: nam utrumque subscriptio & signa-  
 tio requiruntur. Si quis ex testibus, inquit Vlpian. in l. ad testium  
 numerum 22 §. si quis ex testibus de testa. P. lib. 29. tit. 3. nomen suum  
 non adscripsit, veruntamen signauerit, pro eo est atque si adhibitus  
 non esset, & si. ut in §. faciunt, adscripsit se, non tamen signauerit,  
 adhuc idem dicemus. Signare, idem, explicat esse: quando annulo  
 vel aliquo instrumento habente characterem, signi sit impressio,  
 d. l. ad testium, §. signum autem, §. possunt, de testa. ord. ap. Iust. l. signa-  
 torius, de verb. sig. Nec intert ab nullo seu sigillo proprio, seu tes-  
 tatoris vel alicuius signauerit, d. l. ad testium, §. si ab ipso, & d. §. pos-  
 sum. Sigilla lino debent appendi, quo inuoluta vel plicata claudu-  
 tur charta testamentaria: vel linteo, quo includitur testamētum.  
 Nam signatas tabulas accipi oportet, et si linteo, quo tabulae in-  
 uoluntur sunt, signa impressa, id est, additis lino vel cordulis ap-  
 pensa, vel alia clausura fuerint, d. l. ad testium §. si. Si linteo non addit,

consuetudines admittunt signa in alia materia: vt si testamen-  
tum filo, vel alia materia claudatur, *Chass. & Ioan. Faber, in proxi-  
me citat. locis.* Quemadmodum & in attestationibus seu deposi-  
tionibus testium solet imponi ab amanuensi vel iudice supra li-  
ni nodum, sigillum. ¶ Neque ¶ interest testamentum fuerit ne  
scriptum in tabulis aut membranis, aut chartis papyraceis, alia-  
ue materia. §. nihil autem, de testa. apud Iustin. Vlpian. in l. 1. §. 4.  
de bonorum poss. sec. tabul. lib. 37. P. ut. 11. *Confr. Cas. in l. quomodo  
indignum 15. de testam. lib. 6. C. tit. 23.* aut quibus literis, dum-  
modo ne notis scribatur, quod prohibitum est, l. sed cum patro-  
no 6 §. fin. de bonor. poss. P. §. 1. de testam. imperf. in aurb. Nec quo-  
que refert, quo idiomate fiat, cum omni sermone & G. aco &  
Latino & alio idiomate exprimi testamentaria voluntas possit,  
l. quoniam indignum, §. l. hac consulti. §. fin. C. de testam. facit  
l. 1. §. fin. de verb. oblig. P. nec obest, nocte vel die disposuisse, d. le.  
ad testam. §. post. l. nō minore, C. de transact. Requiritur nihilomi-  
nus, vt iste sollemnitas continuo actu adhibeantur & vno cō-  
textu nullum alienum actum a testamento, immiscendo, l. here-  
des palam 21. §. si. de testa. P. d. l. hac consulti. §. fin. ¶ Testes  
ad sint, donec sup. ema contestatio peragatur, le. qui testamento,  
20. §. si. de testam. P. Illique sint idonei tempore quo signarunt,  
quamuis mortis tempore non sint idonei, d. l. ad testam. §. 1. l. 3.  
de testibus. P. aut saltem exigitur, vt tempore testamenti pro ido-  
neis habiti vulgo sint, l. 1. C. de testa. §. sed cum al. quis. eo. ap. Iustin.  
¶ Sed ¶ & exigitur, sig. illa, clausulae a testatore non referantur:  
nam si quid ex testamento mutare placuerit, ex integ. o omnia  
facienda sunt, l. heredes palam. §. si quid, eod. P. Et si signata, turba-  
ta sunt ab ipso testatore, non videtur signatum, d. l. ad testam. §.  
si signa. Et videtur testator mutasse voluntatem. Si tamen casu  
fortuito, vel alio modo inconsculto, incisa vel turbata fuerint,  
non obest testamento, l. nō strans 30. C. de testam. l. 1. §. si inuim, §.  
7 §. si rosa, de bon. poss. secun. tab. P. ¶ Et ¶ ita fere eadem obser-  
uatione in aperiendis, ac in claudendis tabulis testamenti vtuntur.  
Et, cum ab inuiso aperienda sunt tabule inquit Vlpianus l. 4. quem.  
testa. aper. lib. 29. P. tit. 3. pratoris id officium est, vt cogat signa: oras  
conuolare, & sigilla sua recognoscere, vel negare, vt ait Paulus leg. vel  
negare 5. eod. P. Si modo presentes sint. Nam si quis ex signato-  
ribus abierit non longe in alterius territorio, mitti tabule debent  
testamenti, vbi ipse sit, vt agnoscat. *Caus. in l. sed si quis ex  
signatoribus 7 eod.* Et si maior pars signatorum fuerit inuenta,  
poterit ipsis interuenientibus resignari testamentum, & recitari,  
l. sed si maior 6 eod. Et si quis se neget sigillum suum agnosce-  
re, non ideo quidem minus aperiuntur tabule: sed alias inspecte  
sunt, l. 1. §. si. eo. Quod si inquit Vlpianus, l. fin. duobus 10. §. 1. eod.  
seruatur a tabule aperiende sent. apertum videtur testamentum non dubi-  
tatur. H die testamentorum aperiendorum alia est formula,  
vt intepellato indice & eius auctoritate, honestis viris conuo-  
catis aperiantur, & si opus sit postea obfignentur, d. l. 1. §. 2. C. eod.  
tit. iuramento prius exacto de calumnia ab eo, qui petit inspiciendi  
& describendi testamenti potestatem, l. 3. C. eod.

De Testamento Nuncupatiuo.

Cap. 5.

- 1 Testamentum solemnē difficulter effectum sortitur.
- 2 Nuncupatiuum testamentum quid.
- 3 Imperfectum testamentum sine sollemnitatibus.
- 4 Testis septem iure communis in testamento nuncupatiuo, vt in so-  
lemnitate, ad se debent.
- 5 Testamentum inter liberos duobus testibus testinari potest quo-  
modo, & in eo qua alia obseruanda. nu. 6. 7. 8. & 9.
- 6 Parentes non succedunt filiis ex minus sollemnitate.
- 7 Scriptura reperta in arca patris instituitur liberos sine testibus,  
quando faciat testamentum validum inter liberos.
- 8 Testamentum inter liberos etiam minus sollemnē conditum, non  
reuocatur posteriori, nisi sollemnē & expresse.
- 9 Testamentum ad pias causas quomodo minus sollemnē valeat: &  
in fauorem etiam relictum laicis, in eo. nu. 15.
- 10 Legitima non relinquatur necessario filius titulo institutionis in  
testamento ad pias causas.
- 11 Ingreddens religionem testamentum minus sollemnē valet.
- 12 Testamentum coram principe factum non eget sollemnitatibus.  
Idem si apud acta.
- 13 Necessitas asseruat in sollemnitatibus testamentorum.
- 14 Testamentum militare solutum legibus communibus.
- 15 Testamentum secundum consuetudinem loci, vbi testamentum fit.

- 21 Testes duo iure pontificio, cum presbytero parochia, testamento  
sufficiunt. Num in Gallia, & alibi, ad pias causas idem.
- 22 Testamentum adhibendorum testamentis Leonis Casaris sanctiones.
- 23 Testes in omni vltima voluntate saltem 5. requiruntur, in testa-  
menti septem.
- 24 Testamentorum nuncupatiuorum sollemnitates communes cum  
sollemnium ritibus.
- 25 Testamenta nuncupatiua quare scribantur.

Difficilis ¶ cum sit testamenti perfectio, frequentior est vlti-  
nuncupatiui: potissimum, cum metuentum sit, ne tes-  
tamentum factum tanquam sollemnē, in quo tamen sollemnita-  
tes requiritae omittat sunt, vilo iure valeat: nec tanquam tes-  
tamentum sollemnē, quia illud factum non est: nec tanquam nun-  
cupatiuum, vel iure codicillo: um, quia ita valere non voluit fa-  
cit l. 1. de iure codicil. in P. hoc expresse resoluit in hac specie Iul. Cla-  
rus, lib. 3. senten. iuris in §. testamentum, g. 4. num. 2 post Bart. in l.  
fin. de iure codicil. P. ¶ Nuncupatiuum dicitur testamentum, quod  
sine necessitate scripturæ fieri potest a testatore, presentibus se-  
ptem testibus simul vnoque tempore collectis, coram quibus  
nominat seu nuncupat heredem, quem sibi delegit & instituit,  
& reliqua suae voluntatis exponit, l. hac consulti. §. per nuncu-  
pationem l. in testamentis 26. l. in heredes 29 de test. §. si. eod. Plinius,  
lib. 14. c. 22. testamenta sua alii nuncupant, id est, viva voce quid  
de rebus suis fieri velint declarant. Et Vlpia. heredes, inquit, l. he-  
redes palam. 21. de testamentis P. palū, ita vt exaudiri possint, nuncu-  
pant sunt. L. scilicet ergo testant heredes vel nuncupare, vel scribere:  
sed si nuncupat, palam debet nuncupare. Quod est palam? nō vique  
publicum, sed vt exaudiri possit: exaudiri autem, non ab omnibus, sed  
a testibus. Et si plures fuerint adhibiti, sufficit sollemnē numerum  
exaudire. ¶ Testamentum ¶ hoc non sollemnē, respectu solem-  
nitatis requiritur in testamento, quod de essentia habet scriptu-  
ram, & alia, de quibus praecedente capite actum est: verum re-  
spectu formae suae obseruandae, sollemnitates habet quaedam, &  
sollemnē secundum illas, & imperfectum si non adhibeantur,  
dici potest. Nam & in hoc testator, & qui instituitur, debent esse  
idonei, item testes. ¶ Et ¶ hi numero 7. secundum generalem  
regulam, & vt sint rogati, d. l. heredes palam. §. in testamentis, qui  
factionem habeant testamenti §. testes autem eo aqua Iustin. non  
sint mulier, l. qui testamento, §. mulier. de test. P. vbi gloss. in var.  
poterit aduentu in codicillis tantum impubes, d. §. testes autem, l. 3.  
§. pen. & l. in iuris 19. de testib. P. Ieruus, d. l. qui testamento, §. seruus,  
l. in omnibus 135. de reg. iur. furiosus, l. furiosus 41. eod. d. l. qui testa-  
mento, §. ne furiosus, mutus, l. quem ad test. aper. fur. d. l. 1. §. 1. de  
postul. P. l. 1. quem ad test. aper. cui bonis interdictum est, l. fides et  
abrogata l. is cui 18. de test. d. l. furiosus, de reg. iur. l. 1. de cura, furio.  
P. intestabilis, d. l. is cui §. si. & lege cum lege 26. de test. Qui testa-  
mento heres instituitur, in eodem testamento testis esse nō po-  
test: quamuis diuersum in legatario, & herede scripto, leg. qui tes-  
tamento, eo. P. §. sed neque eod. apud Iust. l. distantib. C. eod. Nec  
qui in potestate est testatoris, puta filius, d. l. qui testamento, & d.  
§. sed neque. Septem testes requiriti: de substantiali forma esse di-  
cuntur, Bart. in l. nemo potest, l. opposit. de legib. 1. & ibi Ripa, nu. 28.  
iure & sollemnitate ciuili. ¶ Numerus ¶ testium iure cōmuni,  
vt dixi, septenarius est: dispensat tamen inter dum hūc numero,  
vel fauor vel necessitas, vel consuetudo. Fauor namque inter-  
dum liberorum minuit numerum, vt in testamento a patre inter  
filios condito imperfecte ratione istius sollemnitatis, requiruntur  
tantum duo testes, glo. in dist. aurb. quod sine, C. de testa. imo  
femina in eo testamento esse potest testis, glo. in d. aurb. Decius,  
in l. 2. nu. 31. de regul. iur. nec exigitur testes esse rogatos aut nota-  
rium, glo. in l. fin. in verb. excepto testamento. C. de codicil. Deci. confi.  
610. nu. 2. l. son. confi. 68. lib. 2. confi. Quod intelligendū est: quan-  
do testamentum imperfectum est ratione extrinseca sollemnita-  
tis, & alia persona mixta non est voluntati paterna, l. hac con-  
sulti. §. ex iure, effecto, de testam. & si ea est in fauore filiorum:  
alioquin si testamentum imperfectum sit ratione voluntatis patris,  
& sollemnitatis intrinseca, puta, quia plane non confert de  
eius mente, non sustinetur illud testamentum, sic intelligit, §. ex  
imperfecto, glo. in l. si quis cum testamento 25. de test. quam sequuntur  
docti Iul. Clarus, lib. 3. senten. §. testamentum, g. 9. & Paul. Conf.  
ad d. §. ex imperfecto, nu. 3. vel quia iniuste disposuit, vnde Borrius,  
deci. 240. Tunc enim verum est, testatorem magis capisse, quam  
fecisse testamentum, d. l. quis 25. de testa. Fauor autem liberorum  
facit, vt voluntas quaelibet ex arbitrio distribuetis bona filiis su-  
stineatur.

stineatur; & a iudice probetur etiam in non diuisis. *l. inter om. es. C. Famil. ercis. m. l. si cogitatione. §. l. quoties. eod. C. l. sed et si eod. P.*  
 6 Quamobrem si pater in ea minus solemnitate voluntate prater-  
 cat filium aliquem, & testamentum ex eo corruat, non potest de-  
 fendere ex §. imperfecto. *l. hac consulti. C. de testam. Testa-*  
 mentum enim tunc corruit ratione substantia per prateritio-  
 nem, non ratione solemnitatis. *l. si filius. 7. i. i. i. g. i. o. in ver. rum-*  
*perur. de lib. & posth. Guil. Bened. in c. Reynutus, in ver. testa-*  
*mentum. 1. num. 76. §. 89. de testam. Et inter cetera, qua ad ordinanda te-*  
*stamenta necessaria desiderantur, inquit Caius, l. inter cetera. 30. de*  
*testam. principalis eius est de liberis heredibus institui uentis; vel ex-*  
*heredandis, ne prateritis illis rumpatur testamentum. Et nullum fit*  
*heredandis, ne prateritis illis rumpatur testamentum. Et nullum fit*  
*sim. le in l. cum apud hostes. eod. in l. si quis enim in sine de vulg. §. 1. de*  
*exher. liber. Quamuis, si ratione solus prateritionis iure nouissi-*  
*mo statuente testamentum paternum rumpatur, legitime & cum*  
*septem testibus peractum, non rumpatur, nisi quantum perti-*  
*net ad institutiones: cetera autem firma maneat, autb. ex causa,*  
*de liber. prae. §. aliud, §. 3. seq. §. si sine igitur, §. 3. h. de cum de*  
*appell. cognos. in autb. Praterita est. t. contra iuris regulas, vt §. ex*  
*imperfecto. qui fauore liberorum constituit, contra filios. l. quod*  
 7 fauore. C. de legib. retorqueretur. ¶ Quinimo ¶ concludunt in-  
 terpreses, vt valeat testamentum imperfectum inter liberos, re-  
 quiruntur: alioquin non admitti. *Refert plures in ver. Inl. Clarus, lib.*  
*3. senen. q. 8. num. 6. Confessio. Guil. Bened. in reper. ca. Raynutius,*  
*in ver. testamentum. 1. num. 72. §. seq. Sunt & alia, que conside-*  
*rator in hoc testamento minus perfecto valido inter liberos,*  
*que fuisse explicat Guil. Bened. in ca. Raynutius, in ver.*  
*testamentum. 1. a num. 7. v. l. que ad num. 9. de testa. Nico. Boer.*  
*in decilio. 24. o. & 24. nu. 5.*

8 ¶ Quae omnia intelligenda sunt de filiis naturalibus & legiti-  
 mis, sine distinctione sexus patris & matris. At si de naturali-  
 bus tantum agatur, quantum ad matrem pertinet filii naturales  
 eodem iure, ac legitimi & naturales vtuntur, §. nouissime. *ad Or-*  
*fic. §. sed si susp. de inoff. testam. nisi mater eleret illustris, l. si qua*  
*illustris. ad Orfic. C. vel natus is esset ex damnato coitu, autb. ex*  
*complexu. de incestu. nupt. C. Sed si instituitur a patre, vel linea pa-*  
*ternam: rursus distinguitur, an relinquatur illi testamento sole-*  
*mnit. aut nuncupatio. In primo casu debet obseruari forma sub-*  
*scriptiois, iuxta autb. in modo. C. famil. ercis. & autb. quod*  
*sine. de testam. Et tunc valeat testamentum, licet testamenti so-*  
*lemnitas non adiciatur. Et ita intelligenda autb. de testam. §.*  
*ex imperfecto. Et si solemnitas subscriptionis scriptura non ad-*  
*dit, deficiente quaeque alia iuris solemnitate, corruit testa-*  
*mentum. Quod si testamentum fuerit nuncupatio, non subsistit*  
*inter naturales, tantum minus solemnem & imperfectum. Et ita*  
*resoluit & plura adicit Guil. Bened. in c. Raynutius, in ver. te-*  
*stamentum. 1. nu. 83. 84. Copiose etiam Boerius quaest. 240. nu.*  
*12. 13. 14. 15. Iulius Clarus lib. 3. sent. iuris, §. testamentum, quaest.*  
 9 *12. num. 1. 2. 3. 4. quos vide si egeas. ¶ De ¶ legitimitatis por-*  
 ro, dubitum non est Chassanæo, in §. 5. *ad verba, quand. le. v. re. p.*  
*h. v. d. num. 27. in des. successions des bastards, in consuet. Burgun.*  
 10 *quim inter legitimos testamentum minus perfectum valeat, ac inter*  
 naturales & legitimos. Et hic tamen fauor liberorum potius,  
 11 quam parentum inspicendus. ¶ Nam ¶ quomuis eadem pietas  
 in successione ascendendum & descendendum videatur, *l. nam*  
*et si parentibus de inoff. test. P.* tamen sicut ex testamento imper-  
 12 *fecto succedunt filii parentibus, non possunt ex minus solemnitate*  
 filiorum succedere parentes, *Guil. Bened. in d. ver. te-*  
 13 *stamentum. num. 83. §. Boer. 240. num. 210. ¶ Testes ¶ ergo duo*  
 in testamento nuncupatio sine scriptis facti inter liberos, suffi-  
 14 *ciunt ex §. imperfecto. At si de scriptura facti quae aut illud*  
 notandum est, quod quotidianum vsum habet, inuentam post  
 mortem patris in arca eius, vel alibi apud notarium, vel aliu, sche-  
 15 *dulam seu chartam scriptam & subscriptam manu propria eius,*  
 qua contineatur eius dispositio, diuisioq; bono u inter filios, et-  
 16 *iam sine testibus factam, & si se ei non subscripserint, sequendam*  
 esse, iuxta autb. quod sine. de testa. C. dummodo apposta sit dies,  
 17 *Bal. in d. autb. quod sine. de testa. C. nu. 4. & extense sine notis pater*  
 suam descripserit voluntatem. Idem si pater non scripserit, sed ab  
 18 *alio scripta subscripserit, Paul. Cast. cons. 93. lib. 1. eod. modo sub-*  
 scribendo dicat, esse suum testamentum. *Inl. Clar. lib. 3. sent. §. te-*  
 19 *stamentum. q. 1. nu. 4. Si autem nec scripta, nec subscripta sit a pa-*  
 tre inuenta scheda, nihil efficitur: nisi ea subscripta a liberis sit,

quia tunc valebit iure contractus inter illos initi, *Idem. eod. nu. 6.*  
 Late de hac questione schedula repe, ta in arca testatoris Guil.  
 Bened. in c. Raynut. in ver. testamentum. 1. nu. 87. ¶ Tanta autem  
 est vis huius testamenti inter liberos etiam minus solemnitas, vt alio  
 sequenti posteriore non censetur reuocatum, nisi in poste-  
 20 *riori renouatorio obseruentur plene iuris solemnitas: & expresse*  
 reuocari prius testamentum, dictum sit in secundo, *autb. hoc in-*  
*ter liberos, de testa. C.*

¶ Rursum ¶ fauor pia causa solemnitates testamenti remit-  
 21 *tere dicitur: quod eius gratia cum duobus testibus admittitur, &*  
*relatum de testa. Pluribus rationibus & doctorum & legum proba-*  
*tionibus hinc Guil. Bened. in d. verbo, testamentum. 1. nu. 57.*  
 & seq. dummodo imperfectum non sit ratione voluntatis, vt di-  
 22 *putat Boerius, in dec. 93. nu. 10. puta, si non habeat formam, ex*  
 qua fides aliqua possit adhiberi, vt disputat Inl. Clar. lib. 3. sen-  
 23 *tentiarum, §. testamentum, q. 7. Sit tamen habeat aliquam proba-*  
 tionem, valebit: quamuis etiam solo nutu testatoris voluntas e-  
 24 *ius constaret, dict. glo. in c. cum tibi, de testa. Cor. in l. subemus, nu. 23.*  
 de test. & ibi Alex. nu. 3. ¶ Et ¶ tantus est hic fauor, vt etiam in te-  
 25 *stamento, in quo pia causa instituitur, non requiratur, vt legiti-*  
 ma relinquatur filius titulo institutionis. *Bart. in leg. 1. num. 62. de*  
 26 *sacro. sanct. eccles. C. Alexand. in leg. inter cetera numer. 4. de liber. &*  
*posthum. P. l. consil. 194. colum. fin. in 2. volum. quia haec solemnita-*  
 27 *tas iuris est omnino civilis, & in hoc testamento iuris civilis so-*  
 lemmitates non considerantur. ¶ Sed ¶ & illud singulare est, vt  
 28 *quando in testamento minus solemnitate, quo pia causa instituitur,*  
 extraneo alicui relinquatur, valeat non solum testamentum,  
 29 *sed quod in eo scriptum est debeat etiam aliis laicis relicto,*  
*Sal. in autb. Chassa. nu. 7. de sacro. eccles. C. Guil. Bene. in d. ver. te-*  
*stamentum, nu. 69. vbi refertur similes plures Docto. Quia ex quo susti-*  
 30 *netur principalis institutio, reliqua quae in testamento scripta*  
 sunt, sustineri debent: quod tamen negatur in testamento inter  
 31 *liberos, d. §. ex imperfecto. Hinc ego sententia subscribo, dum-*  
 modo fauor nulla derogatur, & ne praetextu religionis ansa fue-  
 32 *rit data decipiendi succedentes ab intestato. Sed haec considera-*  
 tio ex existantibus negotiis relinquenda est iudicio iudicis. ¶ Fa-  
 33 *uore ¶ quoque religionis, sine solemnibus recipitur testamentum*  
 factum ab eo, qui ingreditur religionis ordinem factum in §. illud,  
 34 *de monach. in autb. Panor. in c. in presentia, de prob. per illum text. col.*  
 35 *15. Guil. Bened. in d. ver. testamentum, nu. 53. ¶ Fauore ¶ quoque*  
 36 *& privilegio principalis auctoritatis, iam diximus remitti so-*  
 37 *lemnitates in testamentis factis coram principe, & apud acta, leg.*  
*bonum, C. de testa. ¶ Necessitas ¶ porro solemnitates a iure civili*  
 38 *praescriptas saepe mutat, vel tollit, potissimum in testam. nu. ve-*  
 39 *luti, si agatur de testamento caeci, quod 8. exigit, l. hac consulti. §. ma.*  
*C. qui testa. fac. non poss. Vbi penuria est hominum, vt iuri,*  
 40 *quinque in rustici testamento sufficient, l. si. C. de testa. Hocque*  
 prorogant ad alias personas & loca, vbi plures haberi non possunt;  
 41 *ex similitudine rationis, vide Guil. Bened. ad d. ver. testam. num. 11.*  
 nu. 12. puta, si testator peste ractus si belli causa quis fugerit, *idem*  
 42 *Bene. co. nu. 13. §. 14. Bal. in l. si. C. de testam. Existimant enim tunc*  
 sufficere quinque testes *hac disputat Boer. decif. 2. nu. 8. 9. 10. 11. Quae*  
 43 *vera existimant censura senatus, si modo ciuitatem populus vel*  
 curia eius dereliquerit, & aer corruptus fuerit, aliter minime fi-  
 44 *dem faciunt duo, placita curiae supremae Parisiensis, vnum 3. Fe-*  
 45 *bruarii, 15. 3. o. & aliud 7. februarii, 15. 15. vt fertur Papius, lib. 2. Ra-*  
 46 *pso. ar. tit. 1. ar. 1. Testamentum autem iure hoc necessitatis*  
 factum, etiam conualescente aegrotato, & periculum euadere va-  
 47 *lebit, si in ea voluntate testator decesserit, vt Boerius ait, vbi sup.*  
 48 *nu. 12. Sed Guido Pap. si cum duobus testibus & curione fecerit*  
 49 *peste aegrotus nec moriatur intra annum, sed conualecat, irri-*  
 50 *tari tradit, Guid. Pap. decif. 543. nu. 3. ¶ Ad necessitatem ¶ simul &*  
 51 *privilegium, militare testam. ¶ quod solum est regulis iuris*  
 communis, *l. de milit. testam. P. l. milites. C. eo pertinet, de quo*  
 52 *postea, Deo fauente. ¶ Consuetudo ¶ porro, & lex municipalis,*  
 seu leges principum, omnibus praescriptis solemnitatibus praer-  
 53 *feruntur, si non specialis. C. de testa. Et proinde generaliter statu-*  
 54 *endum est, & solemnitas & testes adhibendos esse testamentis, re-*  
 55 *cundum morem regionum vbi sunt, Petr. de Ferr. in for. liber.*  
 quando petiur hered. ab intest. in glo. vallanum legitur numeri, *Guid.*  
 56 *Pap. late. q. 262. Bal. in l. conuictos populos, §. col. & ibi Bar. 1. colum. de*  
 57 *sum. Trin. ¶ Quia ¶ ex his iam ius alteri quaesitum est, sicut l. si fun-*  
 58 *das, de iuris. leg. 1. de v. s. ex ratione §. si vero prater hac, de l. abel. in*  
 59 *autb. iure pontificio sufficient duo testes cu presbytero paroch.*  
 60 *ta. cum esset de testam. Atque Ioan. Faber, in l. 1. de sum. Trin. vide*



Boer. qn. 93. existimat in Gallia sufficere solemnitatem, ca. cum  
 elles, de testa. inter liberos, vel ad pias causas condito testamen-  
 to, & proculdubio in aliis, in terris ecclesiis. Sed & Guido Pa-  
 paeus decif. 543. refert saepe vidisse iudicari, testamentum validum  
 factum a peste affecto, secundum e. cum effes. Consentunt etiam ali-  
 cubi municipii, leges aliter tamē Tholosae, aliter Lutetiae, aliter  
 alibi condendum est. Verum in Gallia illud obseruandum, presby-  
 terum non posse officio tabellionis fungi: & proinde non posse  
 excipere testamentum, vt constitutione regia, & Senatusconsulto  
 placuit, Boer. q. 242. nu. 4. ¶ Leo ¶ Imperator dispensauit sua cō-  
 stitutione testium numero, hoc modo, in constitut. Leo, nou. 41.  
 περὶ τῶν μὴ πῆλασθαι πέντε κερταίων κερταίων τὰς διαθήκας: ὅδοι  
 ποσειδὸν δὲ ἰσχυρῶς. ἐναπὶ δὲ δὸν ἐναπὶ ἑξήτων δὲ τῶν κερταίων, id est,  
 vt in ciuitatibus quinque: in uicibus uero 5 agris, tres testes, ad te-  
 stamentorum fidem sufficiant. Et alibi, in constitut. Leo. 40. permittit  
 disponere sine scriptis, vel cum scriptura, captiuus cum quinque  
 vel tribus testibus. Item alibi, eod. 42. subscriptionem testium  
 non exigit, nec signacula, ad validitatem testamenti. ¶ Hæc tō-  
 mnia tamen ius Codicis Iustiniani auctoritate editum, alio mo-  
 do, vt dictum est, reformauit, & uoluit saltem, in omni vltima  
 voluntate quinque testes adesse, l. si. C. de codicil. in testamento se-  
 prem. ¶ Non t̄ immorabor in aliis solemnitatibus seu requisitis  
 in nuncupatiuis testamentis, quæ communia sunt cum solemnibus:  
 puta, quod vno contextu fieri debeant seu continuo actus,  
 iuxta l. heredes palam, §. si. de testa. P. leg. cum antiquitas. C. eod. quid  
 continuis actus, in l. continuis de ver. obl. P. rogatis, presentibus. &  
 audientibus testibus d. l. hac consultißima, §. per nuncupationem. 9.  
 C. d. l. heredes palam. Scribuntur, autem istæ voluntates nuncu-  
 patoriæ, non pro necessaria solemnitate, sed ad probationem &  
 fidem diuturniorem, vt alii actus legitimi l. contrahitur, de pigno.  
 P. ¶ Debentque t̄ hic testes esse bonæ fidei, & famæ, & quales  
 in aliis actibus probationem tantum facere notatur. Si tamen  
 habeantur tales quo tempore adhibentur, quamuis infames vel  
 incapaces, re ipsa sint, fauore vltimarum voluntatum probant, le.  
 1. C. de testa. gloss. fin. in l. cum lege. eod. P. & monachi mendicantes,  
 Geo. Natha, in re. p. ex imperfecto nu. 18. l. hac consultißima. C. de  
 testam. l. l. Clar. lib. 3. §. testamentum. g. 1. nu. 7. & alii, exceptis il-  
 lis, qui instituuntur in eodem testamento vniuersaliter, & filiis  
 qui in potestate testantis sunt: et si, si alius testetur, pater & filii  
 adhiberi possunt, l. qui testamento, §. mulier. nisi mulier sit, quæ re-  
 iicitur, De notario adhibendo, vide Guid. Pap. decif. 543.

De Militari Testamento. Cap. 6.

Lib. 2. Instit. tit. 12. Lib. 29. P. tit. 1. Lib. 6. C. tit. 11.

- 1 Militare testamentum vnde dictum. quid sit, eius privilegia, quo  
 privilegio in castris, & extra castra disponentes utantur di-  
 uerso, num. 2. 3. 4.
  - 5 Testamentum militare post annum a missione expeditionis non  
 valet.
  - 6 Testamentum filisfam. militis de castrensibus non iure militari,  
 sed communi extra expeditionem fieri debet.
  - 7 De Castrensibus tantum in expeditione damnatus crimine mili-  
 tati miles disponit.
  - 8 Filisfam. miles de castrensibus disponit. C. 15.
  - 9 Miles, etsi privilegiatus de alienis non disponit.
  - 10 Testamentum militare pro parte valere potest, sine iure accrescen-  
 di, supra dodrantem legatur.
  - 11 Miles quatuor esse debet. qui iure militari testamentum conde-  
 re possit.
  - 12 Quando & quomodo inutile ante expeditionem factum, in expe-  
 ditione firmetur.
  - 13 Carus ab hostibus nec iure militari disponit.
  - 14 Impubes nec iure militari testari potest.
  - 16 Militare testamentum nullam formam a iure, sed ex arbitrio mi-  
 litis habet.
  - 17 Militare testamentum duo exigit, 1. vt constet militem ita vo-  
 luisse in expeditione, 2. vt ita condidisse appareat: & ideo duo  
 testes necessarii saltem.
  - 18 Militaris testamenti alia privilegia, effectus, & rationes priuile-  
 giorum, num. 19. & 20.
- ¶ Tertia t̄ species testamentorum est militum, a quibus milita-  
 re appellatur, quod & paganico opponitur. l. ius nostrum. de  
 reg. iur. Paganum quamuis a Plinio, id quod ad rusticos pertinet,  
 dicatur: vt pagana lex, Plin. lib. 28. c. 2. Videtur species nuncupati-

ui testamenti, sed quod privilegio donetur, aliam classem sequi-  
 tur, Caus. l. 2. de milit. test. P. & imaginem retinet eius, quod pri-  
 scis temporibus fiebat in prociuctu. ¶ Testamentum t̄ militare  
 itaque est voluntas vltima, quam declarat miles in expeditione,  
 quoquo modo poterit, secundum priuilegia iure sibi concessa,  
 hac finitio probatur, ex §. 1. eo. & l. 1. eo. P. & latus ex seq. & l. militis  
 15. C. eod. Quare tot diuersitates videntur esse testamentorum  
 militarium, quorū formulæ cōden di permittit. ¶ Nā t̄ & miles p̄  
 parte testatus & p̄ parte intestatus decedere potest ex priuilegio,  
 quod paganis denegatur. l. ius nostrum 7. de reg. iur. in P. §. non aut,  
 C. §. si de here. insti. l. si miles unum ex fundo 6. de milit. test. P. & ad  
 tempus heredem instituire, l. in fraudem 16 §. miles, & l. miles in  
 heredem 42. de milit. testa. P. l. certi iuris est 8. C. eod. vel perfecte,  
 vel iure communi, l. eius militis, §. militis missus, l. idemque erit, §.  
 eod. 11. simpliciter per nuncupationem aut scriptura, vel in cly-  
 peo, vel in vagina, vel gladio. literis sanguine suo rutilantibus, aut  
 in puluere, l. miles in expeditione 15. de milit. test. C. ¶ Disponunt  
 milites t̄ de bonis suis castrensibus, & non castrensibus, sed di-  
 stinctione adhibita. Nam duo priuilegia sunt militibus concessa  
 in causa testamentaria: vnum patre: fa. respicit, aliud filiosfa.  
 Item latius priuilegium testandi in prociuctu, quam extra expedi-  
 tionem. In expeditione condenti testamentum, dispensatio  
 ad necessitatem, & temporis angustias, & penuria experitorum  
 hominum, seu Iurisperitorum refertur, vt condant quomodo  
 tunc possint d. l. militis. Aliud priuilegium, quo extra expedi-  
 tionis necessitate conceditur militibus alibi existentibus, puta  
 in hybernis, ad fauorem militiæ refertur maxime.

¶ Proinde t̄ paterfamil. qui potestatem habet disponendi de  
 omnibus bonis suis, & iure communi testari debet: nisi in expedi-  
 tione sit, quamuis in hybernis sit, nō potest quoquo modo dis-  
 ponere, d. §. 1. de milit. testa. Neque in expeditione factum testa-  
 mentum, post annum quo militia missus est, testamentum milita-  
 re valet: si intra illum non fuerit mortuus, §. sed habentus, eod. l.  
 quod dicitur, & l. quod consuetum, eod. P. l. Papiusianus 8. §. Papi-  
 manius de missi. test. P. Oportetque adhuc illam missionem esse  
 honestā, non ignominiosam, l. testamenti eorum, de milit. test. P. ¶ Atq;  
 ius Iustin. priuilegium q̄ indulgentia principum datū erat mili-  
 tibus vbiq; de gentibus, præter formulam antiquæ eorum, qui  
 tantum disponebāt in prociuctu, restringit ad eos, qui in expedi-  
 tione essent. Ceteris vero, qui extra expeditionem in æstiuis, vel  
 hybernis vel apud se degerēt, reseruaui quidē priuilegiū testandi  
 de castrensibus bonis, licet filiosfa. sint, seu de peculo castrensi, ea  
 tamen lege, vt non iure militari, sed communi disponere tene-  
 rentur, eadem obseruatione in eorum testamentis adhibenda,  
 quam in testamentis paganorum adhiberi placuit, l. pen. C. de tes-  
 ta. milit. §. 1. eod. ap. Iustin.

¶ Nisi t̄ in expeditione damnati sint patresfa. crimine mi-  
 litari, nam tunc permittitur illis disponere tantum de castren-  
 sibus, & intestatis su. cedit in aliis fil. sui iure proprio, l. & militib.  
 nostris, 13. C. eod. Et tunc permissione illi concessa iure quoq; mi-  
 litari in illis disponit castrensibus, si de lictō sacramenti fidem nō  
 ruperit, l. ex militari, 11. de milit. testa. P. hoc est, si non obstate cri-  
 mine, adhuc tamen sacramēto militari inuiolato, miles distici pos-  
 sit. ¶ Ergo t̄ miles filiusfamilias, ratione istius priuilegii, re dete-  
 stabitur ex formula iuris communis de castrensibus bonis, non  
 de aduentitiis l. pen. qui test. fac. poss. C. l. si. C. de coll. l. pe. de testa. in P.  
 §. 1. quib. non est perm. fac. test. Et vt ait Iuuenalis Satyr. sin.

Solis præterea testandi militibus ius  
 Vno iure datur: Nam que sunt parta labore  
 Militia placuit non esse in corpore census,  
 Omne tenet census regnum pater.

¶ Disponit t̄ miles iure militari tantum & exemplo pagano-  
 rum de bonis propriis, non alienis, neque alienum ius minuire  
 potest. l. cū filiusfa. miles, 29. l. ex militari, §. si. & l. militis enim, 12. de  
 milit. testam. l. militis etiam eo. P. Ideo fundum dotalem perperam  
 legat, prohibente lege Iulia alienationem, l. dotalem, 17. eod. nec  
 in fraudem creditorum amplius, quam vnum seruum heredem  
 necessarium facere poterit l. in fraudem plane, 16. eo. P. Sicuri nec  
 is qui iure communi testatur, l. qui soluendo, 60. de hered. insti. P.  
 Quia priuilegium non debet alicui nocere, l. nec ausu, de man-  
 cip. liber. C. l. 2. §. si quis a principe. ne quid in lo. publi. P. ¶ De t̄ suis  
 porro in parte testari. & in aliis intestatus, vt dixi, decedere po-  
 test. Et ideo singulari iure militari alquem instituitur ex fun-  
 do, in reliquo præsumitur voluisse intestatus decedere, l. fratres  
 unum, 6. & leg. si duobus, 38. de militar. testam. P. Nec  
 habet

haber locum ius accrescendi. l. 1. §. 2. C. de test. mil. l. si filius qui par-  
 11 tri 42. §. Papinianus. de bon. liber. P. Contra quam in paganorum  
 testamentis receptum sit. l. 1. §. si ex fundo. de hered. inst. P. cum  
 sim. Quamquam si per quotas diuersis hereditatem relinquat, in-  
 telligatur in illas quotas voluisse hereditatem suam diuidere, &  
 ita intestatus non fit pro parte. l. 3. C. de testa. mil. Potest & supra  
 dodrantem legare, vel fideicommissum supra vi. es patrimonii, mi-  
 12 nitur. l. in testamento 12. C. eod. ¶ Persona ¶ militis, qui disponit,  
 consideratur, vt is iam sit in numeros & ordinem militum alle-  
 ctus cinctus. vel statim cingendus, extra tyrocinium. l. ex eo tem-  
 pore 43. §. l. filiusfamil. 44. de milit. testa. vere miles armate mili-  
 tie, non scriuarii vel notarii militum. l. scriuarios 16. C. eod. Nisi  
 & quidam castra sequantur necessario, & hostili terra degentes,  
 eodem mortis periculo, & pugnandi necessitate teneantur. Tunc  
 enim & illi, communicato priuilegio eorum, qui republicam de-  
 13 fensuri sunt eodem iure vtuntur, etiam si sacramento militari  
 non fuerint confecti, leg. si. de milit. testa. P. l. de bon. posse. ex re-  
 sta. milit. P. ¶ Quando ¶ enim quis in militia decedit, videtur  
 quodammodo tunc, quæ non militaria sunt, iure militari firma-  
 re, si eo tempore aliquid addiderit testamento prius facto cum  
 paganus esset, vel si id legi tunc fecerit vel signauerit: nam tunc  
 sit ex pagano, etiam minus solemniter, militare, perfectum & iu-  
 14 ritum, §. sed & si quis, de mil. test. ap. Inst. l. idem que 9. l. in fraudem,  
 16 §. test. amicum. l. tributum militum 21. §. 1. de milit. test. P. ¶ Qui  
 15 tamen ¶ in hostium venit potestatem captus, nec iure militari  
 testari potest. l. facere 10. eodem. P. nec communi, l. eius qui apud  
 hostes, de test. am. P. quia hostium seruus factus. §. 2. de iure perf.  
 hostes 24. de capt. & post. l. reuer. P. & in capax factionis actiue tes-  
 tamenti.

14 ¶ Requiritur ¶ item in eo, qui iure militari vult disponere, vt  
 egressus sit ætatem impuberem: quia indignum vilius est tem-  
 poribus, eum, qui nondum stabilem mentem adeptus est, pro-  
 pter priuilegium militum, sapientium hominum iura pertractare.  
 Et in tam tenera ætate, ex tali licentia, parentibus forte suis, vel  
 aliis propinquis nocere, propriam substantiam extraneis relin-  
 quendo. l. fin. §. l. si Rufinus 4. C. de testa. mil. 30. §. 1. de milit. testa. P.  
 15 l. 3. de manum. test. P. Extra hanc ætatem pupillarem, & surdus,  
 & mutus, milites iure militari testari possunt, cum & nutu illis  
 liceat hereditatem suam relinquere, §. quando, de milit. test. am. l.  
 15 §. eod. in P. ¶ Nam ¶ obest, vt diximus, potestas paterna huic tes-  
 tamento militari: ideoque si miles, qui sui iuris est, & in expedi-  
 tione testamentum condiderit, se in arrogationem vel adoptio-  
 nem dederit, testamentum eius irritum non fit, sed valet, vt eius  
 quoque, qui existens in potestate condiderit, & emancipatus  
 postea fuerit, §. denique est, eo. l. miles filius 23. §. 1. idem est, §. l. si  
 pater 24. eo. P. l. 1. §. sed si filiusfamil. de bonor. poss. secum. tab. P.

16 ¶ Quamuis ¶ testamentum iure communi factum, capitis mi-  
 nutatione tollatur, §. alio §. non tantum quib. mod. test. insti. De for-  
 mula & modo testamenti militaris, non est quod dicamus: cum  
 dictum sit, nullam constitutam fuisse, l. si a fratre suo 14. C. de testa.  
 milit. Faciant, inquit Vlpianus, l. 1. de milit. testa. l. in fraudem 16. §.  
 sicut eo. rit. P. l. milites. C. eod. testamentum milites quomodo volunt,  
 faciunt quomodo poterunt, sufficitque ad bonorum suorum diuisionem  
 faciendam, nuda voluntas testatoris. Id est, voluntas sine solemnita-  
 17 tate. Et Papinianus, l. miles si testamentum 36. §. l. eius militis 55. §.  
 fin. de mil. testa. P. militis testamentum sola perficitur voluntate. Quo-  
 modocunque eam exprefferit, vel literis, vel etiam notis intelli-

gibilibus, Lucius Titius 41. eod. ¶ Itaque ¶ animaduertendum  
 est hic constare debere non obstante omni priuilegio: primum,  
 an voluntas aliqua fuerit militis, quæ dicitur voluntas eius: nam  
 non omne quod a milite dictum est, voluntas erit testamentaria:  
 vt si dicat ioco commilitoni, ego te heredem facio, tibi omnia  
 mea bona relinquo. Serio enim hæc nisi dicantur, non faciunt in-  
 stitutionem, l. diuus Traianus 2. de milit. test. P. §. plane. eod. tit. apud  
 Inst. 2. Dum constat voluntatem seu testamentum esse, in qui-  
 18 tendum est, an illa voluntas, illudve testamentum fuerit illius  
 militis, de cuius successione agitur, an vero suppositum fuerit,  
 d. l. diuus, §. l. Lucius Titius & d. §. plane. Idcirco duo saltem testes  
 necessarii sunt, vel qui dicant militem ita disposuisse, glo. in l. 1. in  
 ver. nuda de milit. test. tunc, si de his constet, & quod factum in  
 expeditione, & si intra annum de eo postea agatur, iam ratum erit.  
 Nec merendum est a querela inofficiosa, quæ contra illud  
 nota non irritat. l. si. C. de inoff. testa.

18 ¶ Et ¶ potest filium, si sciat se habere, præterire miles, leg. sicut

ceri 9. de testa. milit. C. & filio emancipato & exheredato pupil-  
 lariter substituire, leg. miles ita heredem, §. exheredato, de milit. te-  
 sta. P. Sed de substit. militari Deofaue alibi, in substituit. & he-  
 reditatem dare etiam in codicillis directo, l. milites, eod. tit. P. quæ  
 omnia iure priuilegii permittuntur. Quemadmodum quando  
 illis permittitur heredes instituere deportatos, & eos fere, qui  
 testamenti factionem non habent: exceptis seruis penæ, l. neque  
 enim 14. §. deportari, de milit. testa. P. & aliis, quorū institutionem  
 lex eis specialiter prohibuerit, l. ex testamento militis. C. de test. mil-  
 it. Vt apud Triphoninum Iurisc. Mulier, in quam turpis suspitio  
 cadere potest, nec ex testamento militis aliquid capere potest, vt  
 Adrianus rescript. l. miles ita heredem 42. §. mulier, de milit. testa. P. l.  
 mulierem. de his quib. vt ind. P. l. 2. de dona. inter vir. §. v. C. Nec  
 tutorem ei, qui in aliena potestate est, miles dare potest, d. §. mulier. §.  
 l. cum fil. u. familias 29. de milit. test. P. l. 2. de test. iur. P. l. impuberi,  
 de admin. iur. P.

¶ Effectus ¶ testamenti militaris est, qualis ex testamento alio  
 valido sequi solet, aditione facta, in excipiendis & mouendis ac-  
 tionibus debitorum & creditorum, legatiorum & fideicom-  
 19 missatorum, l. sic certarum 18. §. Iulianus, l. si a milite 30. in prin. §. §.  
 edictum, de milit. testa. P. ¶ Rationes ¶ porro horum priuilegio-  
 20 rum principaliter sunt. Prior suadet remitti militibus iuris so-  
 lemnia in condendo testamento, ob nimiam militum imperi-  
 tiam, quam vocant aliquando leges simplicitatem. §. 1. eod. l. 3. C.  
 eod. l. 1. eod. P. milites enim magis arma, quam leges scire expedit  
 ciuiles, l. si. C. de iure delib. Secunda, quia quamuis sciant solemnia  
 requisita milites, tamen locus hostilis & necessitas vigens pug-  
 nandi, non patitur nec permittit illis adhibere: sæpe enim  
 miles animam efflans, testamentum incipit, scribit, & non per-  
 ficit, morte præuentus, l. milites, C. de test. milit. Et maritus, cum in  
 ipsa acie donasset ciuitate cohortes Camertum, idque aduersus  
 leges factum esset: vere tamen & egregie se excusauit, inter ar-  
 morum strepitum se iuris ciuilibus leges exaudire nō potuisse, Val.  
 Max. lib. 5. c. 1. Postrema, fauor est militiæ, & republicæ. Qui  
 enim se pro republ. deuouent, digni sunt vt cum iam vltimum  
 vale pro reipub. defensione dicunt, aliquo priuilegio donentur  
 testandi, l. milites. C. de loca. Et qui in vno grauatur, in alio releua-  
 ri debet, reg. iuris, secundum naturam.

## De quibus Testari possumus. Cap. 7.

- 1 Testari de quibus liceat, & seq.
- 2 Ecclesiastici fructus beneficiorum cuius sint, & quibus dispen-  
sandi.
- 3 Testari num possint mero iure clerici.
- 4 Beneficia ecclesiastica iure successionis hereditaria non debentur.
- 5 Restitutionsi subiecta non possunt in testamentum grauari ve-  
nire.
- 6 Alienares quomodo relinquere vel legari possint.
- 7 Testamenti relicta & mandata debent esse secundum ius, & bo-  
nos mores.

¶ Communis ¶ in omni specie testamentorum est quæstio, de  
 quibus rebus testamentum fieri possit, quæ iure institutio-  
 nis relinqui, quæue mandari & statui possint. Et ideo paucis hæc  
 quoque, & summo digito, indicabimus: de omnibus suis rebus  
 mobilibus & immobilibus, & nominibus, testari quemlibet pos-  
 se, nisi aliquo iure prohibeatur. Duo sunt in perficiendis actibus  
 necessaria, voluntas & potestas, l. multum inter est. C. si quis ali. vel  
 sibi. Et in vltima efficaci voluntate, oportet testatorem & velle,  
 & posse quod velit: possumus autem, quod natura, facto, iure  
 possumus, vt contra, dispositio testamentaria non admittitur de  
 eo, quod natura & impossibilitas facti, & iuris respuit. Hereditas  
 successio est de eo, quod defunctus habuit, l. hereditas, de reg.  
 iur. l. nihil aliud. de verb. sign. P. neque plus iuris transferri potest  
 in successores, quam defunctus habuerit, le. nemo plus iuris, §. l.  
 nemo plus commodi, de reg. iur. l. traditio, de acquir. rer. dom. P.

¶ Quare ¶ nemo iure testari poterit de rebus ecclesiasticis, 2  
 vel ex ecclesia, pendente sua administratione quæstus, ca. 1. de te-  
 sta. ca. 1. de pecul. clerico. auth. licentia, de epis. & cler. C. ca. nulli du-  
 bium, c. nulli fixum, 12. q. 5. potest tamen secundum receptū mo-  
 rem testari beneficiarius ecclesiasticus de fructibus perceptis ex  
 suo beneficio, secundum glo. in c. fin. de offi. ordin. in Sex. quati  
 ibi sequitur Io. Andr. existimans sacerdotes esse beneficiorum  
 possessorum vsu fructuariorum. Quod tamen improbat Panormita-  
 nus, & tantum vsuarius ratus, neque de fructibus disponere iu-  
 re posse pluribus docet, Pan. in c. 1. §. si de pec. cler. & in c. cum esset,  
 Aaaa 2

de test. Cuius sententiam lubentissime comprobo, tanquam conuenientem diuinis & humanis functionibus. Neque puto in rebus ecclesiasticis curioni, vel priori vel antistiti quippiam aliud ex fructibus beneficii deberi præter victum & vestitum: reliqua esse pauperum, ministerio diuino mancipanda. *Habentes*, inquit D. Paulus, *alimenta & quibus regamur, his contenti simus*, 1. ad Cor. 6. Sunt canones, qui prohibeant expresse antistitibus, res ecclesie in proprios usus conuertere. Et primum quidem, ex rebus suæ ecclesie, sibi & suæ ecclesie seruientibus, esse necessaria subministranda, reliqua quæ superflua sunt, fidelibus ministranda, c. res ecclesie, c. nulli, c. si priuatum 12. q. 1. c. 3. de pre. Hæc fuit prima intentio eorum, qui venderunt propria bona, & obtulerunt Deo & ecclesie apostolica, vt communicarentur & diuiderentur singulis, prout cuique opus erat, *Actuum 4. c. pontificis 12. q. 3.* Et id eo bona ecclesie, bona pauperum dicuntur, c. aurum, c. gloria episcopi 12. q. 2. Quinimo Diuus Augustinus tradit, clericum præfectum ecclesie, si patrimonium aliunde habet, nihil ex ecclesia retinere debere sibi commissa, tanquam procurator, D. Augustin. ad Bonifac. cuius sent. refertur in c. si 12. q. 1. Quod & in canonicis apostolorum erat cautum, vt episcopus, ita demum pro necessariis ecclesie bonis participaret. Quod si ex aliqua causa iusta, proptia retineret, a sumibus ecclesie abtineret, c. precipimus, c. ex his ea q. Et de fructibus ecclesiasticis id ipsum expressum inuenio in concilio Antiocheno, ca. 35. *relatum in ca. episcopus 12. q. 1. Episcopus ecclesiasticarum rerum habet potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reuerentia & timore Dei, participet autem & ipse quibus indiget, si iam suis, quam in fructibus, qui ab eo recipiuntur necessariis visibus profuturis, ita vt nullus qualibet occasione fraudetur, iuxta sancti apostolum sic dicentem, habentes victum & vestitum, his contenti simus.* Quod si contentus his minime fuerit, conuertat autem res ecclesie in domesticos usus & eius commoda, vel agrorum fructus, non cum presbyterorum diaconorumque conscientia pertrahat, sed horum potestatem domesticis, aut propinquis, aut fratribus suisque iuris committat, vt per huiusmodi personas occulte res ledantur, synodo prouincia penas iste persoluat, &c. Proinde in concilio Agathensi, in ca. episcopi, de rebus 12. q. 1. ca. 1. ca. cum in officiis, cap. ad hac, de test. de istis testari vel cõtempatione ecclesie quæ sitis eos non posse, sic statutum est. *Episcopi de rebus propriis vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hereditibus suis, si voluerint derelinquant: quicquid vero de provisione sua ecclesie fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, omnia in iura ecclesie seruari censuimus.* In concilio Carthaginensi, 4. c. placuit 12. q. 3. c. relatum, in 12. c. quia nos 9. de test. Placuit, vt Episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore episcopatus vel clericatus sui agros & quacunque prædia nomine suo comparant, tanquam rerum dominicarum in maiora, criminis teneantur: nisi ad monachi eadem ecclesia conulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel successione agnationis euenierit, faciatis in de quod eorum propositio congruerit. Non enim iustum est, vt ecclesia, quæ suscepit extraneum, efficiat in alieno diuitem, & in suo retineat fraudatorem, c. sacerdotes 12. q. 4. ¶ Possent & hic disputare, neque nunc aliquomodo testari posse episcopos, vel curiones, vel ecclesiasticas personas, quæ se triplici voto Deo aditinxerunt, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, nos de istis votis diximus in person. ecclesiast. si diaconi, subdiaconi, presbyteri fiant maxime paupertatis cuiuscunque sint ordinis clericalis, & nominatim propriis renuntiat, si tales esse velint, quales se dici volunt, c. non dicatis, c. expedit, c. scimus, ca. nolo, c. habebat 12. q. 1. Nec enim ad excusationem pertinet, quod dicunt, vota monachorum esse: nam monachi, clerici olim non erant, c. generaliter 16. q. 1. glo. in c. a subdiacono 93. dist. Et clericis tamen, episcopis, & aliis, renuntiatio propriorum, professio paupertatis inposita est: potissimum in ecclesia occidentali orthodoxa. Nam in orientali aliquando propria habere cõcessum iis, qui ex coniugio ad clericatus & præposituras ecclesiasticas transibant, vt filios & vxores, quibus antea onerati erant, ex propriis retentis alere possent, c. precipimus 12. q. 1. Scio tamen aliam fuisse sententiam glossarum, ad c. clericos 12. q. 1. Vbi duplici diffugio querit excusationem in peccatis scilicet, in ecclesia primitiua olim hoc fuisse verum, ac si dicat, hodie nequaquam, & laicos quoque propriis renuntiasse. Item, inquit iura quæ loquuntur, vt clerici renuntient, propriis, loquuntur de consilio. Quæ omnia mihi non probantur. Nam loquimur quidē & laicos aliquos, sicut in potestate 15. de conditio. insti. P. que contra bonos mores sunt, nec scire posse credendum est. Et Modestinus, conditioni non esse parentum ait eius, qui ea conditione heredes instituit, Si reliquias

vt si vellent venderent, nõ aut hoc illis lex faciendi posita. Quod expressum est a D. Petro, Actum quinto: *Ananias cur remauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto & fraudare de pretio agris nonne manens tibi manebat, & vendidisti erat in tua potestate.* At clericis, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum eorumque; discipulorum imitari propriis insitunt, maxime vita cõmunis, seu in cõmuni sine proprio necessaria, vt ait D. Clemens, epist. 4. c. dilectissimi 12. q. 1. & D. Ambr. libr. de fuga seculi, c. duo sunt, ea q. Quod aut hoc sit præceptum istis clericis, & non consilium, & q. is, qui pro opium habere voluerit, sit a clero pellendus, vide ex D. August. ca. certe ego sum 12. q. 1. Sed plura dicere superfedo, ne moueam bilem aliquorum: vide inter alii quid sentiant. Hoc mihi tamen verius videtur, nulla inuidia cuiusquam tactus & si velint curiones, ecclesiasticæque; persona sibi permitti de proptis retentis seu obuenientibus disponere, saltem abtineant ab ecclesiasticis, iuxta c. illi autem 12. q. 1.

¶ Ceterum, quemadmodum de bonis ecclesie permissum non est testari, multo magis nec de ipsis beneficiis possessis, quæ hereditario iure vel successione non deferuntur, c. 1. de success. prob. c. episcopi in 1. & c. pierig, c. Moyses & c. apost. 8. q. 1. c. presentium, c. conueniente, c. ex transmissa, de fili. presby. ca. consilium, de iure patron. Et si qui pontifices fuerint ex voluntate decedentium subrogati, illud factum est, vel ex auctoritate superioris, priuilegio concessio, vt concessum Moguntino episcopo in c. petrus 7. q. 1. vel consensu eorum, qui electionem habent, nõ ratione electionis, sed per modum deliberationis & prouisionis, vt in c. si transmissus, 79. dist. & in c. si Petrus 8. q. 1. Et fuit aliquando tempus, quo dominus ex successione voluit deferri Sacerdoti, Num. c. 3. vt quado sibi delegit tribum vnam Leuitici generis ad seruandam in tabernaculo, & Aaron filios, Exod. 28. 2. q. Leuit. 8. & Phinees & posteros ad sacerdotium, Num. c. 25. Sed postea idem de minus, cum impii filii ex bonis patribus generarentur, protulit hanc sententiam contra Heli sacerdotem, 1. Reg. c. 2. loquens loquutus sum, vt domus tua, & domus patris tui, ministraret in conspectu meo, & que in sempiternum. Nunc autem abisti hoc a me. Sed quicumque honorificauerit me glorificabo eum: qui autem contempnit me, erunt ignobiles, &c. Tradunt iura etiã §. 1. de defenso, c. in aurb. §. simili modo. quibus mod. in fin. l. si. de iure. & rat. distr. P. administrationes, quales sunt beneficiorum sollicitudines, non transire in successores, sed morte extinguunt, vt pote officia personalia, in quibus electa industria persona, quæ aliis non comunicatur, l. inter artis, c. §. de sol. P. §. Ea quoque, quæ lex maioris vel statutiaria defert proximioribus necessario potest mortem alicuius non possunt testamento distribui, vt subiecta restitutioni aurb. res que, c. comm. de leg. vt regnum, quod proximiori per genus defertur, c. grandi, de supp. negl. prelato. Nec potest testator auferre, quod lex alicui defert, arg. leg. si arrogator, de ado. P. Et si testamento defertur, quod quis alicui reddere tenebatur, nihil de suo tradidisse videtur, in l. unum ex familia §. 1. de leg. 2. l. 2. de lib. & cor. libe. Videndus est, §. præter eade prohib. feud. alien. in visib. feud. gl. & Hostien. in ca. licet de voto. Et quomodo in hac regno successione sit consuetudo sequenti videndi gl. in c. Moyses 8. q. 1. in c. grandi libe. iure regni, de suppl. negl. prel. in Sex. Cõstetudo enim cum pro lege habeatur, l. nam & c. consuetudo, l. de quib. l. diurno, de leg. non dubium est, hanc, veluti ex lege, modum succedendi adici posse, §. 1. de eo, cui liber. caus. bona addic. & solum vim legis deferre successione, §. 1. de legi. agna successit, de senat. Terrill. ¶ In summa, heres in rebus alienis institui non potest nõ secus quam de rebus hereditate pactum fieri non potest, l. si de pact. conuen. Et si admittatur legatum de re aliena, & heredis in testamento, fieri potest id dicemus, non quidem in præiudicium domini, c. filius, de testam. sed vt ematur per heredem a domino, si vendere sponte velit, vel eo nolente, æstimatio persoluatur, l. cum alienam rem, C. de leg. §. non solum eo. tit. ap. test. Quod tamen idem non est, ac heredem facere de rebus alienis, cum nemo alteri testamentum faciat, neque heredem: excepto filio pupillo, cui singulari iure pater testamentum facit, c. 1. §. si. de test. in c. 1. de vulg. l. P. ap. §. sed nec impuberis, de inoff. test. in P. §. 1. de pupil. vt furioso exemplo pupilli, l. humanitatis, C. de imp. sub.

¶ Insuper, præea, de quibus voluntatem suam testator explicat, quæve fieri iubet, debet esse secundum bonos mores & honestatē. Nã quæ sunt ad ladam pietatem existimationem vererandam nostram, & vt generaliter dixerim, inquit Papinianus, sicuti qui sunt in potestate 15. de conditio. insti. P. que contra bonos mores sunt, nec scire posse credendum est. Et Modestinus, conditioni non esse parentum ait eius, qui ea conditione heredes instituit, Si reliquias



stator dum illud conderet, cogitauit de ingressu, & aliquid institutionis nomine monasterio, quod ingressus erat, reliquit, si capax successione illud erat: quamuis etsi nihil reliquerit, sustineri testamentum prius communis sit opinio, *Bart. in d. aub. ben. si qua mulier. nu. 8. Ripa, in l. si unquam. q. 3. nu. 49. C. de reuoc. dona. iuxta d. § illud, de monach. indistinct. loquente.* Quod si ante ingressum religionis quis testatus esset, non cogitans de ingressu, & postea ingrediatur: per ingressum rumpitur testamentum, si monasterium sit capax successione, atque monasterium loco filii est, & dummodo ingrediendo quis se & bona sua dedicauerit expresse monasterio, non aliter, *Bart. ad d. aub. si qua mulier. nu. 7. Imola in c. r. nu. 11. de testa.* Sed & Iulius Clarus hanc opinionem procedere ait, quod pertinet ad institutionem, cetera autem firma remanere & præstantia, *Iul. Clar. lib. 3. sent. in § testam. cum, q. 28. nu. 4. per aub. ex causa. de liber. præc.* At si post ingressum & ante professionem tempore nouitatus velit quis testari, potest, quamuis eo decedente ab intestato pendente hoc tempore, ei succedat monasterium si capax sit, non proximi, *Idem Clar. eo. nu. 6.* Quod si post professionem religionis quaeratur, num testari possit, respondetur, nihil sibi residuum facere monachum professum paupertatem, sed se & sua monasterio consecrare, si utiq; capax sit successione & possessionis immobilium, *aub. ingressi, de sacros. eccles. c. quia ingredientibus 19. q. 3. & ideo non posse testari, quia nihil habeat, c. 2. de testa. ca. non dicatis 12. q. 2. imo nec uelle nec nolle, quia propria voluntatem eiauruit, c. si de testa in 6.* Leges tamen permittunt ingredientibus religionem, & post ingressum circa filiorum, quos in seculo reliquerit, partes, voluntatem adiicere, iuxta formam aub. si qua mulier. de sacros. eccl. C. unde colligunt, testamentum ante ingressum factum reuocari in illis tantum casibus, in quibus licet illis testari inter liberos iuxta præd. aub. si qua mulier. ¶ In clericis ¶ autem prælati, & beneficia ecclesiastica habentibus, num testari possint, breuiter distinguunt: de patrimonialibus posse disponere, siue habuerint ante clericatum siue post, dummodo contemplatione vel ex fructibus ecclesie non obuenerint, *ca. nulli 12. q. 5. ca. de Syracusana 28. dist. in c. de testa. aub. licentiam. C. aub. prohibuitum. C. de episc. & cler. De fructibus beneficij collectis quoque recte disponere pluribus placuit, *glo. in c. presenti, §. porro, in ver. referuari, de offi. ordi.* Et ita sententia hæc obrinuit. ¶ Quid ¶ autem nos de illa sentiamus, in præcedenti capite exposuimus. Quia etiam non sunt suæ potestatis deportati, & in metallum damnati, testamentum facere nequeunt. *l. eius qui apud hostes. §. 1. de testam. P. Interdixit & Tyberius Cæsar testamentum facere iis, quibus aqua & igne interdictum esset. Dio Cass. libr. 57. histo. Rom. Arnoldus Ferronus, in commentariis ad §. 1. §. titul. de testamentis, in consuet. Burdegalen. lib. 2. tradit etiam damnatos perpetuo ad triremes, seu remiges ex Regis voluntate tantum testari, arg. l. si quando, de inoff. test. C. Alioquin non, cum sint pœnæ serui, l. eius qui de testa. P. ¶ Dammati ¶ ultimo supplicio & capitali crimine, serui pœnæ efficiuntur, *l. qui ultimo supplicio, de pœn. P. ut ad bestias, ad ferrum, in metallumque damnati libertatem amittunt eorumq; bona publicantur:* unde apparet amittere testamenti factionem, *l. eius qui apud hostes. §. §. in de testamen.* & si quod ante fecerint, irritum esse, ut respondit Ulpian. *l. si quis filio & §. irritum, de iniusto rup. irrit. fac. testam. nisi appellatum a condemnatione sit, & pœdente, in decis. uae prouocatione testamentum fiat, & moriantur, l. qui a latronibus 13. §. si de test. P. Quem admodum si quis post accusationem in custodia fuerit defunctus indemnatus, testamentum eius ualebit, *l. si quis 9. eod. nisi post mortem sententia bona adimantur, vel publicentur, ut in criminibus accidit, quorum uindicta post mortem pœnam accipit, in lex iudiciorum, de accus. in P. vel si reus mortem conscientia criminis sibi consciuerit, l. si quis filio exheredato, §. eius qui, de iniusto rup.* Iure tamen Codicis & Nouellarum libertas damnatis ad mortem non adimitur, *noel. consuet. 22. de nu. §. de deportati, unde sumra est, aub. sed hodie, de don. inter vir. & uxor. C. neque omnium bona publicantur, aub. bona de bon. damn.* Sunt & consuetudines in Gallia quarundam prouinciarum, ex quibus bona damnatorum non deferuntur fisco: & proinde in illis criminibus, in quibus bona non publicantur, adema reis & damnatis ad mortem non uidetur potestas testandi. ¶ Vnde ¶ pendet decisio quaestionis, num damnati ad perpetuos carceres possint testari, alioquin perdifficilis solutionis. Si quidem Panormitanus. *in Reg. de test. nu. 4. Bertrand. consuet. 194. nu. 2. lib. 1. in 2. par. in laico putat prohiberi testamentum: Iulius Clarus negat, libr. 3. sentent. §. testam.****

mentum, *questio. 23. num. 1.* quod hæc pœna non sit iuris ciuilibus, sed iuris pontifici. Ego tamen dico, crimen, ex quo imponitur pœna carceris, esse considerandum, num fiat ex eo publicatio bonorum, ut tunc non possit testari: si uero non publicentur, possit.

¶ Idipsum ¶ censo dicendum in excommunicatione, ut si causa eius adimat bona, & publica sit excommunicatio, prohibeat testamentum. Et ita intelligenda gloss. in capit. decernimus, in ver. testificando, de sentent. excommuni, quæ admittit testamentum: contra, si non publicentur ex eo bona, & excommunicatio sit occulta. Et ita audio sententiam eorum, qui dicunt testamenti factionem excommunicato non negari, *ut Abbas in rubr. de testam. num. 3. Barbat. in cap. quia ingredientibus, colum. fin. de testam.*

¶ Porro ¶ auctoritate legum & consuetudinum, & qui habent plenam liberam uoluntatem, & sui a bitrii sunt, intestabiles aliquando fiunt: ueluti, si ob carmen famosum quis damnetur, *l. si cui lege 28. §. fin. de testa. in P. l. ob carmen de testibus. P.* Et ita infamis ex causa quæ admittit testamentum intestabilis dicitur: non autem ex quacunque infamia, *Bart. ad d. l. si cui, §. fin. Panor. in rubr. de testam. num. 8.* ¶ Iure ¶ etiam pontificio, uisurarius manifestus non potest testari: nisi prius præstita sit cautio pignoratitia uel fideiussoria de restituendis uisuris, uel ipso facto restituta sint, *c. quanquam, de uisur. in 6.* Quod si consideretiam, non prius sortietur effectum, quam cauerit eius heres, & cum illud sine præcautione, nullum sit: tamē conualescere dicitur data cautione. *Alexan. in l. Gallus, §. ille casus, num. 8. de lib. & posthum. Felin. in c. c. dilectus, nu. 3. de accusa.* Quod & locum habet etiam, si manifestus uisurarius destitisset scenerari postea, *Socin. consil. 127. in prin. 3. uol. nam agitur hic de acceptis restituendis, ut salutis animæ consulatur, & ut iuxta uerbum Domini, etiā inuiti cogantur intrare beatitudinem, addita restitutione ablata.*

¶ In eo ¶ porro, quod de Iudeis quidam dicunt eos hæc lege non teneri, *Aretin. consil. 158.* quia qui extra ecclesiam sunt, nihil ad nos: certe subsisto, etsi uideam eam opinionem obseruari. Magis Christianum enim puto, illos in hoc etiam punire: ut iis, quibus uita inter nos indulgetur, ut respiciant testes interini sint nostræ salutis, omni suspicione testes alieni, extranei a fide, non detur anxia consensendi in delictis, cum pernicioso Christianorum, cum quibus conuersantur, exemplo. In bannito uero, num testamentum eius ualeat. si is in perpetuum relegatur, & bona eius confiscata sint, recte dicemus eum disponere non posse: contra, si confiscata non sint, uel si confiscatio quidem alicubi fiat, sed bannitus habeat bona in alio loco, qui iurisdictioni eius, qui relegat uel bannit, non subicitur. Nam de illis disponet iure communi. *Leius qui apud hostes, §. §. 1. de testa. P.* Extra territorium ius dicenti non obtemperatur, *l. fin. de iurisd. om. iud. P. S.* io plura hæc de tractari per interpretes, ut per Bart. in *Leius qui, §. 1. nu. 3. de testa. per Nellum, in tractatu Bannitorum in 1. parte secundi temporis, nu. 52. per Iulium Clarum, in 3. lib. sent. §. testamentum, quæ. tit. 19. & alios: sed illorum parera non placent, & breuiter quæstionem, sufficit contulisse. De deportato, qui ciuitatem & libertatem amittebat, proculdubio responsum est, esse intestabilem, *d. l. eius qui, §. 1. §. Sed ¶ dignum est obseruatione in hac potestate condendi testamentum, multum interesset, aliquem dici intestabilem lege, aut non posse testari, quod bona ei adema sint. ¶ Nam ¶ qui intestabilis est, etiam si bona habeat, testari non potest: at qui testari non posse dicitur ob defectum bonorum, si alioquin capax sit factionis actiue, potest sine bonis testamentum condere. Nam testamentum & hereditas considerantur etiam in eo, qui nihil in bonis reliquit, *l. hereditas, de petri her. P.* Et ita qui potest testari pupillariter, potest substituere filio suo, etiam si nihil ipse habeat in bonis: quod non posset, si non haberet testamenti factionem. *l. 2. §. filius, de uulga. Poterit & dare tutorem filiis suis, quod non potest fieri, nisi in testamento, aut in codicillis testamentum confirmatis, l. 3. de testam. uide Imolam, in ca. quia ingredientibus nu. 7. de testa.* ¶ Item ¶ in confiscatione bonorum ex illo crimine, ex quo quis intestabilis non fit, non comprehenduntur bona, quæ post confiscationem acquiruntur, sed ea tantum, quæ delinquentis habuit tempore publicationis, *Nellus tract. de bannitis, 1. part. secundi temporis, nu. 8. Curt. Senen. consil. §. 9. nu. 13. Ias. in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, num. 7. de uerborum obligatione. non hereditas delata, & nondum adita, Decius consil. 44. Quod explicat Iulius Clarus libro quinto, §. fin. questio. 78. num. 25. & num. 24. ut de portatus uel***



reciproco testamento non admittetur. Porro, num in contractu testamentum fieri possit, vide disputatum apud Bartol. Bald. Castrensem, in l. male pactum, 41. §. si de pact. P.

4 § Forma in testamentis duplex consideratur, vt saepe monuimus: substantialis. & probatoria. Inter substantialem praecipuam, est heredis institutio: inter probatorias, rogatio tertium, notarij publicatio, & id genus alia. § Caput & anima testamēti, heredis est institutio, sine qua nullius rei effectus est, § ante heredis, de legat. Vlp. in ritu tit. 1. § 24. l. quod per manus, de iure codicill. l. 1. de her. insti. P. Iul. Paul. lib. 3. recept. sent. cap. 6. Institutus heres dicitur, & qui scriptus est, scilicet in testamento in scriptis facto: & qui nuncupatus est, quando sine scriptis testamentum fit, Vlp. in l. 1. 4. institutum actum, de her. insti. P. § Institutio debet esse aperta, vt intelligatur quis instituitur: nam tacita omnino reprobat. Proinde valet quidem haec institutio innominata eius: qui certo successurus est, vt apud Scaeuolam in l. si quis ita, 82. c. Si quis ita heres instituitur, si legitimus heres noster vindicare hereditatem meam: puto desicere conditionem testamenti, illo vindicante. Ibi enim vocatus censetur tacite, qui auctoritate legis proculdubio successurus erat ab intestato: & in defectum eius alius. Notant & interpretes tacitam institutionem sufficere ad validitatem testamenti, si persona institui talis sit, quae de necessitate iuris non debebat institui, vel exheredari, sed erat extranea, puta collateralis & consanguinea: & tunc sufficit tacita institutio, ad validitatem testamenti, & substitutionis. Contra si persona talis sit, quae expresse debeat institui vel exheredari, qualis filii est: in qua tacita non sufficit institutio, Guli. Bene. in cap. Rayntrius in ver. adiciens, vt Alterocha, num. 26. de testam. Iul. Clarus lib. 3. sentent. §. testamentum, q. 35. nu. 2. § 3. facit. l. inter cetera, 30. de lib. & posth. P. quemadmodum nec tacita exhereditatio, l. 1. § 2. eod.

7 § Debet & esse certa heredis institutio, vel per se, vt quando nominare tenetur heredem testator, nuncupatiue disponens, l. heredes palam, de testa. P. vel scribere, testatus in scriptis, l. hac consuetissima, C. eod. vel relatione ad certum facta, in responsione, vt si a tabellione interrogatus, num velit talem esse heredem, respondeat velle, glo. in l. subemus, C. eo. explicat Clarus, lib. 3. §. testamentum, q. 37. nu. 2. § seq. vel dicat se talem heredem facere, qui scriptus est in aliqua scheda, de qua tamen constet, nec dubitetur, Clarus vbi proxima, qu. 36. nu. 2.

8 § Institutio aut generalis seu vniuersalis proprie est heredum, aut particularis rerum singularium, proprie legatorum. Vtraque aut directa, aut obliqua: de quibus postea. Vniuersalis est illa, quae vnum vel plures heredes facit in quota, quae omnia & singula hereditatis complectitur iura, res & actiones. Vique adeo, vt vno herede tantum in fundo instituto, nullo coherede adito, omnia ei ex natura institutionis, quae testatoris erant, accedant, l. 1. §. si ex fundo, de hered. insti. contra, si habeat coheredem vniuersalem, l. quoties, C. eod. l. coheredi, §. fin. de vulg. P. § Vlpianus formulam disponendi tradit, l. 1. §. qui neque, de hered. insti. P. Qui, inquit, neque legaturus est quid, neque quemquam exheredaturus, quique verbi potest facere testamentum, ut dicat: Lucius Titius mihi heres esto. Vel tribus, §. haec autem, d. l. i. Lucius heres esto. Item, d. l. i. §. si ex fundo, Lucius heres. Item, Lucius esto. Et si ita Lucius, solummodo: videlicet, si haec loquatur, dicens se velle condere testamentum, & eius gratia id agat & pronuntiet. § Con-

stantinus & Celsus in l. quoniam indignum, de test. C. indignum esse ait, ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas & iudicia mortuorum. Ideo statuit non esse obseruantiam verborum in institutione heredis, vtrum imperatiuis, vel directis verbis fiat, vel inflexis. Et in quolibet verborum genere formatam institutionem valere, si modo per eam liquebit voluntatis intentio.

11 § Heres. & vt ait Iustinianus, § heres & pure, de her. insti. ap. Iusti. & pure & sub conditione institui potest. Ex certo tempore, vel ad certum tempus non potest: veluti post quinquennium quam moriar, vel ex Calendis illis, vel usque ad Calendias illas heres esto. Denique diem adiectum haberi pro superuacuo placet, & perinde esse ac si pure heres institutus esset, id est, sublato vitio temporis subsistere institutionem vt puram, vt exa aditi possit hereditas, l. si quis instituitur, 23. l. hereditas, 34. eod. P. excepta dispositione militis, qui cum pro parte restatus, & intestatus decedere possit, l. ius nostrum, de reg. iur. potest & ad certum disponere tempus, vel temporarium heredem instituire, l. in fraudem, 16. §. miles & ad tempus, & l. miles in heredem, §. 2. & l. quarebatur, §. fin. de milit. testa. P. l. finibus, C. eo. In incertum autem diem potest & paganus instituire, l. qui filio, & l. in tempus, de hered. insti. P. l. filius a patre, 2. respon. de lib. & post-

hum. in P. Neque hodie interest, institutio fiat in principio testamenti, vel in medio, vel in fine, §. ante heredis, de legat. l. 1. de hered. insti. P.

De Secundis Institutionibus, seu Substitutionibus in genere. Cap. 10.

Lib. 28. P. tit. 6.

- 1 Testamenti instrumentum ad omnes pertinet, quibus aliquid relinquitur.
- 2 Substitutio quid. & substitutum, quando loces est instituto, non admitti.
- 3 Substitutio quomodo pura & condicionalis dici potest.
- 4 Testamentum, deficiente primo gradu, a secundo viris accipere potest.
- 5 Substitutiones in Gallia non admittuntur ultra quartum gradum.

Tabularum in testamenti instrumentum non est vnus semper hominis, hoc est, heredis, sed vniuersorum, quibus quid illic adscriptum est: quin potius publicum est instrumentum, l. 2. quemad. testa. aper. lib. 29. P. tit. 3. Partes eius, secundae tabulae, & codicilli, l. 2. §. ad causam, & l. scilicet, 11. eo. & l. Scaeuola, l. quidam referunt, l. ab intestato, 16. §. si. de iure codic. P. In secundis tabulis secunda apponitur institutio, quae substitutio dicitur. Et ita Modestinus respondit l. 1. de vul. P. heredes aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti dicuntur, primo gradu substituti, secundo vel tertio. Et vt ait Vlpianus l. 2. defertur, de bonor. poss. sec. tab. Primo autem gradu scriptos accipere debemus omnes, qui primo loco scripti sunt. § Definunt generaliter substitutionem interpretes, esse secundam institutionem. Accur. san l. 1. de vulg. P. & in rub. eod. ap. Iust. in §. Bald. in rub. Cod. de impu. & in l. 1. C. de edic. d. Adri. toll. Dico tamen, verius defini, secundi heredis conditionalem institutionem potius, quam secundam institutionem. Sic enim leges vocant substitutum, secundum institutum, l. Cicero, de pan. P. l. 1. de ed. d. Adri. toll. C. l. precibus, C. de impub. nec tamen secundo institutum, cum nemo sibi substitui possit, l. sed si plures, §. nemo institutus, de vulg. P. Sic enim in vniuersum substituire & hic & in aliis, est in locum alterius subrogare: vt dum dicimus, substitui iudicem, l. pon. iudica. sol. P. pecora, l. si grege, 22. de leg. 1. arbores, l. in fraudem, 45. §. conditor, de ius. i. P. l. arbores, de usufr. tutores, l. iutores, §. in eum, de admin. tut. P. & similia. Nam & in contractibus, legatis, & aliis, quam vltimis voluntatibus, substitutio fit, l. quoties, de don. que submo. C. l. 1. de don. cau. mor. l. vt heredibus, & l. cum pater, 79. §. eorum, de leg. 2. Estque subordinatio post alium. Quo fit notabile, vt nunquam concurrat substitutus, quando in instituto hereditas deferri potest, l. cum in testamento, 37. de hered. insti. P. l. 3. de acq. hered. P. l. si mater, de vulg. P. facit l. post aditam, Cod. de impub. Vterque enim quidem & institutus, & substitutus ex mente testatoris vocatur, l. si quis hereditarius, §. si quis heredum, de hered. insti. in P. sed suo loco, vt primus institutus, si velit, vel si possit, tanquam praedilectus praefertur, alius ordine, si ille noit, vel si non possit esse heres, postillum, l. 1. de vulg. P. §. 1. eod. tit. Proinde in ima seu secunda cera scribi substituti dicuntur, id est, post institutionem, quae primum obtinet locum. Sic que scribit Suetonius de Iulio Caesare, c. 83. Nouissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes: C. Octavianum ex de drante: P. Marium, & Q. Petrum ex quadrante: reliquos in ima cera. Terminos hos omnes Horatius sequentibus versibus exprimit, lib. 2. Sermo. Saty. 5.

Si cui praeter ea validus male filius in re Praclarus sublatus aletur: ne manifestum Caetibus obsequium nudet, tenenter in spem Arripe vt officiosus, vt & scribare secundus Heres: si quis casus puerum egerit Orco, In vacuum venias: perraro haec alea fallit. Qui testamentum tradet tibi cumq; legendum, Abnuere, & tabulas a te remouere memento: Sic tamen vt limis rapias, quid prima secundo Cera velit versis, &c.

Adiectimus in finitioni substitutionis, nomen heredis, vt hanc substitutionem ab aliorum actuum substitutionibus distingueremus. Condicionalis porro institutio ad priorem institutionem vt plerumque refertur, si ea non subsistat, l. 1. de vulg. T. beophi. in §. 1. eod. tit. in Instit. iur. ciuil. Conditio fit per, si. l. demonstatio, de conditio. & demonstrat. P. Obseruatione tamen dignum est, habita ratione casuum substitutionum, vt si non sit heres, si noit

nolit adire, si non possit, &c. omnem substitutionem esse conditionalem. At ratione aliarum conditionum quam que substitutionum sunt, interdum substitutionem dici fieri pure, id est, cum alia conditione quam naturales substitutioni non miscentur: interdum dici fieri sub conditione, cum alia admiscetur. Ita intelligendus Iulius Paulus, dum ait, *l. 3. sentent. tit. 6. §. 11.* substitui & pure & sub conditione posse. Sic & alia pleraque legum capita explicanda. *l. qui liberos, §. 8. ibi gl. in verb. pure. l. coheredi, §. coheredi, de vulg. l. in ratione, §. quod vulgo, ad l. Falc. Boer. q. 38. num. 27.* Neque ideo putandum est minus substitutionem institutionem esse, quod ea sit conditionalis, *l. in ratione, §. 1. §. quod vulgo, ad l. Falc.* Quemadmodum non ideo minus emtio dicitur, quod ea conditionalis sit, *§. penult. de emt.* ¶ Numerus ¶ prioris & secundus non mutat substitutionem rerum, sed facit ordinem. Quare si primus gradus vitietur vel de medio tollatur, vt si ante additionem institutus non possit esse heres, testamentum vires accipit a secundo gradu: & tunc secundus institutus primus fit, *l. 3. §. fin. de lib. & posthu. l. ex factis, §. Lucius, de vulg. P. l. §. fin. de her. instit.* Quod & de deficiente 2. de 3. & 4. & sequentibus gradibus intelligendum. Substituere enim nobis possumus iure ciuili 2. 3. 4. & vltiori gradu, *l. 1. de vulg. P. §. 1. eo. apud Iustit. l. §. posthumus, 14. de lib. & posthu. P.* Nam & appellatione secundus heredis, vltimus vocari continentur: vt secundum nuptiarum nomen, ad repetita & 3. & 4. loco nuptias pertinet, *gl. in rub. de sec. nupt. C. per l. si quis prioris, §. tamen, eod. vt in electione, in c. cum Vintoniensis, 25. de elect.* Vel quod semper respectu deficientis gradus, qui proxime vocatur, secundus dicitur, & in sequentibus suo ordine locum habent. ¶ Hodie ¶ tamen constitutionibus regis substitutionis gradus restricti sunt. Atque in constitutionibus Aureliacensibus, in constitutione habitis in comitis Aurelia, 1500. articulo. 59. vt obuiam libris eatur, iussum iudicibus, ne habeant rationem substitutionum vltra duos gradus post primam institutionem numerandos, in quacunque fuerint dispositione facti, siue in contractu matrimonii, siue in vltima voluntate. Subinde constitutiones Molinenses cauentur anno Domini 1566. id ipsum, *consti. Molinens. art. 57.* sed potestatem substitutionis ad quartum prorogantur gradum, non vltra. Atque placuit ea lege, tenci quoque & subiaci substitutiones factas ante constitutiones Aureliacenses: dummodo quaesitum non fuisset ius alicui viuenti. His ad stipulari videtur nouellatum constitutionum lex quaedam, *nouell. 159. §. penult. in authent. de restit. fideicom. quae tradit prohibitiones alienationis, extendi non debere vltra quatuor generationes vel gradus.* Vbi ratio haec, *περὸν τὸν ἄλλοτὸν ἀνὰ τὴν ἐξ ἑστέρας, τὴν ἀρῶν ὅσον ἡμεῖς τὴν τοιαύτην ἐστὶν ἄλλοτὸν ἀνὰ τὴν ἑστέρας, id est, & praeter modum scrupulosa diligentia visum est plenum, si post quatuor generationes huiusmodi quaestionem produxerimus in medium. In qua explicatione monitum lectorum velim, vulgarem authenticorum omittendam esse interpretationem, quae verba illa perperam vertit, titulo de restitutions fideicommissi. Sic quarta generatio, olim terminum constituit apud Deum remunerationis, vel vindictae terrestis, *Genes. 14. Exod. 4.* Neque affectio, vel proximitas sanguinis quartum gradum egreditur, vltra quam licite nuptiae, *c. si de consang. & affinit.* Et proinde cum cesset affectio post quartum gradum, nihil interesse videtur defuncti, curare vt bona restituantur iis, qui de familia sunt post hunc gradum: & sine causa iusta videbitur interdiceret alienationem per onus substitutionis, quae videtur nudam tunc praecipuum de non alienando, *authent. vos qua, C. com. de leg. Et nudum praecipuum de non alienando, in l. Lucius Titius, §. de leg. 3.* Et quando nihil interest paciscentis, ne alienatio fiat: id ipsum ab eo cauere nequit, *l. penult. in iuncta gloss. de part. P. l. si in iuncta gl. de part. inter emt. & ven. C. gl. & text. in l. ea lege, de condit. ob caus. C.**

## De Diuisione substitutionum. Cap. 11.

- 1 Substitutionum prior diuisione in simplices & duplices, & quae sunt alia in directam, & indirectam. alia in sex species, in vulgarem, pupillarem, &c.
- 2 Directa substitutio quae, quando obliquatur facta in codicillis: & quando in codicillis directa remanet, tres casus. Directa verba quae essent ciuilia, & non ciuilia, num. 3. 4. 5.
- 6 Indirecta verba substitutionum quae.
- 7 Communia verba substitutionum.

8 Verba dubia quomodo interpretanda.

9 Substitutiones num. sint Aquilana, Velleiana, & Iulianiformula.

10 Vulgaris & pupillaris, duae verae & simplices substitutiones, aliae ex illis.

**P**rior ¶ substitutionum diuisione, erit Modestini, *l. 1. de vulg. vt* alia sit simplex, alia duplex. Quae verba, non ad casus vulgares, sed ad species substitutionum sunt referenda. Simplex ea erit, quae vnicam substitutionis continet speciem: si solum vulgaris, sola pupillaris &c. Duplex, quae duas vel plures sub se continet, facit *l. coiri, pro sec. P. leam quam, C. de fideicom. l. 1. §. si quis simpliciter, & l. inter stipulantem, in princip. de verb. obli. P.* veluti, *Lucius & Titius heredes sunt, inuicem substituo, & alter pubes, alter impubes sit, vt in l. Lucius, 45. de vulg. l. precibus, de impub. C.* Sic compendiosa erit duplex, quae cum plura tempora contineat, sub verborum compendio, varias etiam substitutiones complecti potest. Fit enim sub conditione quando cumque decesserit institutus, vel si intra 25. annum, vel intra aliud tempus, quo vulgaris pupillaris, & fideicommissaria continentur, *l. precibus & l. centurio, de vulg. P.* Reciproca quoque duplex quae pluribus diuersi iuris vel aetatis institutus fit, & alterum in alterius locum, per mortem vel alium defectum vocat. Et ita in ea potest contineri vulgaris & pupillaris si in puberibus fiat, & mater excluderit, *l. Lucius, eod.* Et Bartolus ait, in hac contineri posse octo substitutiones & fideicommissariam. Substitutionum rursus, quaedam sunt per se simplices: & aliae per se duplices. Per se simplices sunt vulgaris, pupillaris & exemplaris: quae tamen duplices esse possunt extensue, non natura. Quomodo interdum vulgaris continet pupillarem, & pupillaris vulgarem. Duplices per se, compendiosa & reciproca. ¶ Secundo, ¶ diuisione substitutionum, in directam, & in indirectam. Directa est in qua locum non habet aliqua quartarum deductio, neque quicquam remanet apud institutum, sed ex integro substituitur ad integram, quando succedit, vocatur hereditatem: accipitque directo, id est, nulla persona interposita a testatore, hereditatem, neque ab ipso, qui pro non adiecto habetur, quando substituitur admitti potest. Ita nuda voluntate sine alterius ministerio fit heres. *l. cum heredes, de acq. post. P. notat gl. in ca. pastor alio, de cau. pos.* Indirecta seu obliqua substitutio est, in qua substituitur accipit hereditatem testatoris, per manus heredis instituti, vel succedentis ab intestato. *l. eam quam, C. de fideicom. l. precibus, in si, de impub. C.* Directa tantum fit in testamento, non in codicillis: quia in testamento solum institutionem receptum est fieri, *l. hereditatem, C. de codic. §. pen. eo. tit. ap. Iustit. d. leam quam, l. hereditas, C. de ius quib. vt indig. l. quod per manus, de iure codicil. P.* Indirecta, obliqua, quae & fideicommissum dicitur, etiam in codicillis fieri potest, *proxime cit. ll.* ¶ Et ¶ proinde si directa fiat in codicillis, obliquatur & conuertitur in fideicommissariam, retenta significatione verborum prout sonant: commutatione sola, vt directa in indirecta conuertatur. *l. Scavola, vbi & gl. Bart. & Angel. ad SC. Trebel. P.* Sic recte Guill. Benedictus scribit in *ca. Rayninus, ad verba, adiiciens vt Alerecha, nu. 3. par. sec. intelligi debere l. unicam, §. fin. autem aliquid, de cad. toll. C.* dum dicit in quacunque vltima voluntate posse fieri substitutionem scilicet, vt si in codicillis fiat, obliquetur, nec plus dicitur quam duraret directa, si iure directo valeret. Cape exemplum, vt si vulgaris dareturque ad aditam hereditatem, *l. post aditam, C. de impub.* si pupillaris, vltique ad minus tempus adiectum quam sit pubertatis, puta ad decennium. Tunc illud tempus quoque obliquata non egredietur, *l. si ita quis substituerit, de v. riga. P.* Ceterum, tunc demum obliquari dicemus directam, si constet testatorem voluisse codicillari. Nam si constet eum voluisse non codicillos, sed testamentum condere, non obliquatur, nec iure codicillorum valent tabulae, *l. de iure codicil. P. l. coheredi, §. cum filie, eod.* quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. non omnis, de reb. credit. in P.* Indubiis tamen, si apposta est institutio vel exhereditatio, censetur testator voluisse testamentum condere, *l. non codicillum, C. de testam.* si non apponantur, codicillari, *l. illud, §. tra. l. de iure codicil. P.* Not. hac gl. & doct. in d. l. non codicillum, *l. de Plarea, & Ang. in §. 1. de vulg. gloss. in l. verbis ciuili. eod. P.* ¶ Atque ¶ ex ipse tres casus, in quibus directa substitutio in codicillis facta, directo quoque, valet. Primus quando statutum ciuitatis, aut patriae consuetudo id pmitteret. *Bal. in l. de quib. d. colla. vers. ite queritur, de legib. P.* Secundus, quando codicilli a patre inter liberos fiunt, vel inter alios ab intestato succedentes, qui si ex substitutione in codicillis facta directo vocentur, directe succedunt, & totum capiunt

nulla quarta deducta secundum Bartolum, in l. militis codicillis, de milit. testa. P. Ludo. Rom. consil. 179. colum. 13. Quod & aliqui pro-rogant ad relicta ad pias causas, vt quæ habent fauorem libero-rum: quod tamen reprobat Baldus, in l. 1. §. si. d. hic quæro an here-ditas. C. de sacrosan. eccles. Guill. Bened. ad d. ver. adiciens: vt e. Al-terocha, nu. 5. in ver. testamentum, 3. Tertius, in militis codicillis, l. militis codicillis, de milit. testa. P. ¶ Directa ¶ substitutio verbis di-rectis fit, quæ autem directa sunt, copiose explicat Guil. Bened. in 2. par. repet. ca. Raynutius, ad ver. eadem succederet. fere per totum. Ea porro, vel ciuilia, vel non ciuilia dici solent. Ciui- lia directa primum habentur ea, per quæ adiri potest hereditas, nulla petitione ab alio medio facta, vel iure ciuili vel prætorio, l. cum heredes, de acquir. posse. P. Potissimum in Gallia, vbi le mort. fait le vis. Late Chassan. in rub. des successions, §. 1. in consuetu. Bar. Quæ ta- men consuetudo non habet locum in substituto, qui non iustit, seu possessionem non accipit ab here de mortuo, sed ab ipso testatore, item Chassan. §. 4. eius. tit. ad ver. Et font. fait, usque ad ver. sed iuxta prædicta quæro. 2. Verbum, per quod immediate succeditur testatori, directum habetur, l. eam quam, C. de fideicom. veluti verbum, moriatur, vt in cap. si pater, de testa. in 6. 3. Verbum, quod alterius excludit ministerium, directum dicitur, l. si quis ita, de v. usufruct. in P. vt, Adicio, si talis moriatur, bona mea tali adicio, tit. de eo cui li. cau. bo. adici. ap. Infinitia. l. 2. de fideicom. liberi. P. Idem in verbis, Ad iudico. l. sed fides, com. diuid. §. si. de offi. iudic. Assigno, §. 1. de assig. liber. ca. 2. de offic. ordin. in 6. l. qui pars, de acquir. hered. l. 1. quan. non pet. par. C. Accrescat. si testator dixerit, Cedo. constituo. restituo, Bal. in l. humanitatis, C. de impuber. do. distribuo: qua ipse testator tunc sibi arrogat executionem, & donare est accipientis facere, §. sic itaque, de act. Item, instituo, vt constat ex titulis de he- redibus instit. heres esto, Bar. in l. centurio, num. 15. de vulg. P. dici- uilia hæc putat Bartol. quod a lege duodecim tabularum fuerint introducta, Bartol. in dict. l. centurio. Vt alia non ciuilia quæ ali- unde habent inuentionem, vt, Dominus est, l. verbis ciuilibus, de vulgari. & quæ diriguntur ad substitutum, vt, Ipse manu iua ca- piat, & non ab alio, dict. l. eam quam. Quod ad me pertinet, nec verbosas fuisse leges duodecim tabularum mihi persuadeo: ne- que vile immorari in istis verborum differentiis & occupatio- nibus, de quibus controuertunt interpretes, num ciuilia vel non ciuilia sint: cum & indignum hoc leges nouæ existimauerint, l. quoniam indignum, 15. de testam. Cod. l. in legatis, Cod. de legat. ¶ Indirecta ¶ verba quæ sunt, recte ex superioribus colligi pos- sunt lege contraria, quando per ea res a testatore recta non transeunt in aliquem, gloss. in l. 2. ad ver. adiciones, Cod. commu. de leg. Dicuntur & precaria & fideicommissaria, qualia dicunt, resti- tuant, l. coheredi, §. cum filia, de vulgari. & alia, in l. fundi Trebatiani, de v. usufr. legat. P. vt detur, distribuantur, quando talis decesserit, tali, Bartol. in l. centurio, num. 20. & 21. de vulgari. l. cum quidam, de leg. 2. l. verbum reddendi, de verborum significat. reddatur, Bar. in dict. l. centurio, num. 45. volo. cupio. mando. fideicommitto, §. final. de sin- gul. reb. per fideicom. relic. l. 2. Cod. comm. de leg. ¶ Quibus ¶ addere licet verba communia, quæ & directe & oblique intelligi pos- sunt: qualia putant, remaneat. l. si cum ante, Cod. de donation. ante nupt. reuertatur seu redeat, l. 1. de donat. l. 2. de aliment. & ciba. legat. P. perueniat, Archid. in ca. cum qui, de preb. in 6. l. 2. §. peruenisse, de rei vind. l. heredes mei, in 1. l. cum ita, ad Senatus. Trebell. vbi dire- ctum est, perueniat: & obliquum, in l. fideicommissum, §. hæc verba, de leg. 3. l. heredibus, §. fin. & dict. l. heredes mei, §. cum ita, heres esto, l. final. Cod. de hered. instit. His omnibus addit exempla Guil. Bened. in cap. Raynutius, par. 2. ad ver. eadem impuberi, numero decimo quinto, de testamen. De verbo pertinet, & Bart. in l. Cen- turio, de vulgari. numero quadragesimo nono, de verbo. habeat, numero quinquagesimo, de verbo. remaneat, 51. de verbo. succedat, 52. de verbo. reuertatur, 53. deuoluatur, 54. & de aliis sequen- tibus numeris, quæ si scrupulosius videre desideras, eum consu- lito. ¶ Obseruabis ¶ autem in dubiis communibus verbis, inspi- ci substitutiones, quibus adiciantur, directe & oblique: vt si in pupillari ita dictum, Si filius meus heres non erit, hereditatem meam restituat Titio, directe intellige: quia ibi est facti restitutio non iuris, l. inter omnes, in m. l. a. gl. qui satis. cog. Item in dubia mente testatoris, pro directe fit interpretatio gloss. in d. l. verbis ciuilib. si tamen de voluntate constet ea, vt potior sequenda, l. cum vi- rium, C. de fideic. l. cum questio, in princ. & fin. C. de lega. l. in conditio- nibus, & l. Publius, de condi. & dem. l. 2. C. com. de lega. Et sententia verbis præponenda, vt animus corpori, c. sedulo, 38. dist. Mutat & proprietatem verborum non solum mens loquentis, sed & vsus

loquendi, l. Labeo, de supel. legat. P. c. quamquam. 2. q. 7. c. quamuis, de verborum signific. qui ex consuetudine maioris partis incola- rum ciuitatis, vel loci penditur. Panormit. in c. ex parte, & ibi gloss. in ver. primo casu, de censib. nisi ad vsum loquendi testantis nos referamus, qui solus sufficit, l. librorum, §. quod tamen Cassius, de leg. ¶ Subdiuiduntur ¶ rursus substitutiones directæ, gloss. in §. 9. quæ ratione, de pupill. gloss. in ca. Raynutius, in ver. abique liberis, de tes- ta. in sex species, in vulgarem, pupillarem, exemplarem, milita- rem, compendiosam & reciprocam. Quibus alias addit tres Ma- rius Salomonius, ad l. Gallus, de liber. & posthum. Aquilianam, Velleianam, & ex consilio Iuliani. De Aquiliana dicit mentio- nem fieri in principio l. Gallus Aquilius, de liber. & posth. P. De Velleiana, in §. & quid sit tantum, & §. nunc de lege Velleian. eius- dem legis. De Iuliana, in §. si. eiusd. l. Sed inibi animaduerte, casus illius legis pertinere potius ad conditionalem institutionem, quam ad substitutionem, vt docetur ex lege si mater, §. 1. de vul- gar. P. Et quamuis substitutio sit condicionalis, scilicet secundi heredis institutio: tamen non conuertitur propositio, vt omnis condicionalis institutio sit substitutio. ¶ Addo ¶ duas tantum mihi principales substitutiones videri, vulgarem & pupillarem. Ceteras autem ad has referri, vel ex his compositas: vt exemplaris, exemplo pupillaris inducta. Militaris vtraque esse potest spec- ialii iure: compendiosa & reciproca, vtraque; continere possunt. Ideo in Pandectis, titulus substitutionum, in epigrapha de istis duabus meminit, De vulgari & pupillari substitutione. Et in insti- tutionibus iuris ciuilib. duo tituli tantum. De vulgari & De pupil- lari. Quæ quamuis vera sint, tamen facilioris explanationis gra- tia, de vtriusque speciebus separatim Deo fauente agemus.

## De vulgari substitutione. Cap. 12.

1 Vulgaris substitutio quare inducta, vnde dicta quæ sit, diuisio in expressam, & mixtam, & mixtam, & quæ vtraque formule v- triusque, & finis. Nu. 2. & 5.

4 Substitutio casus expressæ ad porrigitur ad omnißum.

6 Substitutio vulgaris num in Gallia locum habeat, & quando, & num. 7.

Vulgaris ¶ substitutio, vt paucis dicam, ideo dicta, quod vul- go a quolibet inter testandum fieret, ne metu ex defectu heredis instituti primi intestatus fieret, & ex lege Papia ad fitem bona deferrentur, l. vni, in princ. de cad. tol. Facile enim probatur l. C. hanc testatorum providentiam. Cum enim concessis- sent, vt vti quisque legasset super familia pecuniæ suæ, ita ius ef- fet, l. verbis, 12. tabel. 100. de verbor. sign. P. necessario permitti o- portuit, vt quibus permisa institutio heredis, permitteretur & cautio, ne sine herede decederet deficiente primo, vel ante mortem testatoris, vel ante aditam hereditatem, vel eo repudi- ante. Atque satis constanter veteres decreuerunt, testamento- rum iura ipsa per se firma esse oportere, Cuius in l. illa institutio, 32. de hered. instit. P. Eadem ratione quotidianam quaestionem, vul- garem dici nemo dubitat, de qua & vulgus quærat, l. vulgaris est questio, & l. si seruus nauem, de surr. P. Hinc & vulgarem modum loquendi, l. si quando, de vulg. §. 1. l. cum vulgari, de do. præleg. Vel vul- garem substitutionem dicemus, quod ius commune sequatur, vt in l. dicto, §. extra, de iure fisci, P. ¶ Distin- mus ¶ autem eam, vt sit substitutio directa, sine aliquo speciali, facta in locum & sub- sidium, l. potest, 36. de vulg. §. 1. eod. apud Instim. instituti. Circumci- do hic, vt opinor, superflua adiecta a Iafone, Azone, & ceteris: vt, Quæ a quolibet & quilibet, &c. Vbi excitatur pugna de lana ca- pina. Nostra verba, sine aliquo speciali, vtrumque; demonstrant, & ab idoneis tantum fieri ostendunt, & idoneis, iuxta l. vt grada- tim, de muner. & honor. P. Separantque a pupillari, exemplari & militari, vbi specialia inuenies, in prima, pupillari, l. moribus, de vul- gar. in secunda, furiosi, l. humanitatis, de impuber. Cod. in lex facta, de vulg. §. quæ ratione, de pupill. in tertia, militis, l. militis etiam, §. de militar. testamen. P. ¶ Diuiditur ¶ hæc vulgaris, in expressam, ta- citam & mixtam: quarum distinctionem ex formulis substitu- endi venari oportet. Formulæ vulgariter substituendi sunt. Si no. uerit institutus esse heres, si non possit esse, si moriatur ante aditam hereditatem, si non nascatur. Et istæ formulæ negatiue conceptæ respiciunt institutum. Aliæ vero respectu substituti, efferuntur affirmatiue, vt, Heres esto, vel substituo. Fit etiam verbis commu- nibus vulgaris, vt in reciproca & militari, vt in l. iam hoc iure, l. Lu- cius, l. centurio, de vulg. P. In summa, ex his duo colliguntur casus, quibus prospicitur per substitutionem vulgarem: vnus, quo in- stitutus nolit esse heres, alter, quo non possit, l. 3. C. de hered. instit.

Hinc

Hinc liquet expressam dici vulgarem, quando propriis verbis specialibus vel generalibus expresse substituitur ita, si non sit heres. l. i. in 2. resp. de vulg. aut, si noluerit esse heres, l. 2. Et l. cum proponas, C. de hered. insti. aut, si me vivo nascatur, l. Gallus Aquilius, de lib. Et posth. P. Generalibus & verbis sit expressa, per verbum, Substitutio. Quamobrem, in l. iam hoc iure, Et l. Lucius, de vulg. p. In reciproca, qua vt voluit Baldus in l. prater, per illum textum, de ope. no. nuntiat. P. illud dicitur expressum, quod venit ex mente legis, vel ex generalitate verborum. Tacita porro substitutio vulgaris ea dicitur, qua non ex verbis testamenti, sed ex legitima mentis interpretatione a lege inducitur, vt qua continentur in expressa pupillari, d. l. iam hoc iure, de vulg. Et in l. quamuis de impub. C. vt si ita dictum a testatore, Titium & Seium instituo, eosq. inuicem substituo. Vbi tacita est substitutio, si alter esse non potuerit vel noluerit, l. cum in testamento, §. hoc verba, de here. inst. l. iam hoc iure, Et l. Lucius, de vulg. l. Titius, in 2. 4. in l. i. §. de here. inst. Credit enim lex eam voluntatem fuisse testantis, vt in casum omnium succederet substitutus, & eum oblitum, aut morte praeventum, non expressisse, l. hac conu. i. i. §. at cum humana, qui testam. fac. non poss. C.

¶ Mixta ¶ vulgaris dicitur, qua respectu alicuius casus expressa est ratione autem alterius tacita. Vt si quis substituerit in alterum casum, si noluerit, vel in casum, si non potuerit heres esse institutus: in qua, casus expressus ad non expressum porrigitur. d. l. cum proponas, Et ibi §. si non, de hered. inst. l. §. C. de impub. Guill. Bene ad ca. Raynarius, ad vers. ab his liberis, nu. 4. 3. Sicuti prouiso Galli Aquilii, porrigitur ad quemcunque casum similem, in l. Gallus, §. et quid si tantum, de lib. Et posth. Et ibi in l. cum pater, §. hereditatem, de leg. 2. cum facile de similibus ad familia fiat transitus, l. in inutilis, §. acceptatio, Et l. si acceptatum, de acceptul. l. in rem, 2. 4. §. item quacunq. de rei vindic. Et verisimiliter testator de vtroque cauisset, si cogitasset, l. Lucius, §. Titius, de libe. Et posth. P. l. tale pactum, §. fin. de pact. Quinimo praesumitur testator in sua dispositione conformiter legem imitatus, & de eo cogitasse, quod lex cogitauit & disposuit, Bartol. in l. precibus, C. de impub. in l. i. §. duo, de acq. her. facit in argum. l. in mo. pot. est, de leg. 1. §. disponat, de nup. in aut. Legis autem dispositio, vt in vulgari vno casu expresso alter continetur, d. §. et quid si tantum, l. Gallus. Subinde sufficere dicunt iura, aliquid impleri per equipolens, l. si mater, Cod. de institution. sub con. fac. l. i. §. mand. P. l. Iulianus ait, de cond. Et dem. P. l. fideicommissa, §. si cui, de lega. 3. l. seruo, de condit. in deb. cum sim.

¶ Finis ¶ propter quem inducta est substitutio vulgaris, ne si ne herede decedat testator, d. l. vni. in princ. Et §. pro secundo, de ca. toll. C. Explicat & Appianus Alexandrinus, dum de publicatione testamenti Iulii Caesaris post eius ne emagit, libr. 2. bello civil. Miserrandum inquit, vel inprimis visum est, cum Dec. Brutum, ex viuis percussoribus, inter secundos heredes scriptum populus cognouisset. Consuetudo nempe Romanorum in testamentis fuit, primis heredibus secundas addere: vt si primi heredes non adiuissent, nanciuerunt vltimi. Rationes porro, qua permitunt testamenti factionem & institutionem, permittunt & suadent vulgarem substitutionem, in qua nihil aliud agitur, quam vt heres institutus inueniatur. ¶ Ceterum ¶ quod pertinet ad ius Gallicum, Tiraquellus existimauit in praes. tractat. Le mort saisi le vsf, nume. 2. Boer. in consil. Bitur. tit. de testat. Leonar. Aleimus Lemonicensis, in tracta. substi. ca. 2. in Gallia locum non esse substitutioni vulgari. Quia ideo locus est vulgari, quia heres ante mortem non adierit hereditatem: nam si adisset expirat. l. post aditam, C. de impub. In Gallia autem, heres semper adiuisset censetur, propter generalem consuetudinem, quod mortuus fuit viuum, habeatque sine apprehensione corporali possessionem, qui potest heres esse, arg. l. heres in omne ius, de acq. her. P. Quemadmodum in suis iure civili receptum etiam, l. in suis, de lib. Et posth. P. l. in suis, de legit. her. l. 3. C. de iure delib. Quibus non ad stipulor. cum alii sint casus, quam si heres non adierit, quo institutus locum facere possit substituto. Et quidem vera esse posset in eo sententia illorum, & tolli, l. quoniam sororem, eo. sed aliunde, ad hoc vt locum habeat substitutio vulgaris oportet, quod deficiat spes institutionis, vt institutus non sit heres, nec possit esse heres per se, vel per alium, puta dominum vel patrem, l. si pater fami ias, de heredit. insti. P. l. cum proponas, C. cod. §. fin. de vulg. apud Iust. in qua repudiatur hereditatem vel lapsus est tempus ad eundem, Guill. Bene in verba, si ab his liberis, 2. nu. 4. Et Bartholom. Chassan. expresse

defendit, & in Burgundia & alibi substitutiones vulgares, pupillares, & alias non reuocari consuetudinibus, Chass. §. ad ver. ne ordonnances nu. 1. des successions, in consil. Burg. Citat. Et sex. in constitutionibus Parlamenti Burgundiae, §. des inventaires en quels eas ilz se denoient faire. Habent enim locum ibi rationes recepte substitutionis vulgaris vt alibi. Nempe, quod in subsidium institutionis deficientis ea egeamus, §. 1. de vulg. apud Iust. l. potest, P. Et quod interfit testatorum, heredes relinquere, & habere, §. 1. quib. ex caus. manum. non li. l. vni. in princ. de cad. toll. Ideo non inutiliter trademus paucis, quando ea locum habere possit, hoc est, quando substitutus vulgare succedat. ¶ In ¶ summa itaque dicimus, eam tunc locum habere, quando institutus succedere non potest: quod pluribus accidere potest modis. 1. Si institutus est, qui non est in rerum natura, puta, iam mortuus: tunc enim substitutus vocatur, l. vni, §. in primo, de cad. toll. Vel si natus non est, l. final §. final. de insti. sub condit. fac. Cod. Vel 2. si institutus adhuc superstitite testatore decessit, dicta l. vni. §. pro secundo. Aut pendente 3. conditione, sub qua institutus est, dicta l. vni. §. fin. autem aliquid sub conditione. l. ab omnibus, §. 1. de leg. 1. 4. Si heres incapax sit, vt deportatus, qui institui non potuit, l. 1. §. 2. C. de hered. insti. nu. 5. Si institutio prima corruat, quod in ea filius sit praeteritus, l. 1 §. final. de liber. Et posth. nu. 6. Si heres institutus non paruerit conditioni, sub qua institutus est, l. 1. §. 2. C. de insti. sub condit. fac. 7. Si heres institutus non adierit hereditatem, vel ante aditionem decesserit, d. l. vni. §. in nouissimo, de caduc. toll. l. quoniam sororem, de iure de ib. 8. Si expresse repudiet hereditatem institutus, l. heredes, 3. de impuber. Cod. vel si constitutum sit tempus eia iudice intra quod adeat, vt in l. curatoris, de iure delib. Cod. & intra illud non adierit: quia postea non potest adire, l. quando, 3. de acquiren. heredit. P. 9. Institutus si nolit esse heres ex testamento, sed omissa causa testati velit ab intestato testatori succedere, vocatur substitutus vulgaris, l. heres Cod. de impub. & praefertur causa testati causa intestati, l. antequam, Cod. com. de successio. l. quando, de regu. in cum sim. Et prouiso hominis, tollit prouisionem legis, l. si. C. de pa. conuen. l. maritus, de procur. C. l. 2. §. si duo, de bono. poss. sec. tab. P.

Quis praefatur in Successione testatoris, an Transmissarius instituti, an Substitutus vulgaris. Cap. 11.

- 1 Transmissarius in quibus, & in quibus competat, & sius heres quis dicatur. Item hereditas non adita quibus casibus transmittatur ad heredes, eod.
- 2 Transmissarius heredes preferuntur vulgaribus substitutis, & siq.
- 3 Sinitatem non tollit substitutus vulgaris.
- 4 Coniunctiuo nunc vincat transmissarium.
- 5 Transmissarius venit ex iudicio defuncti.

¶ Rdua ¶ certe & perdifficilis ex superioribus proxime explicatis proponitur quaestio, Mortuo instituto & transmittente, quis praefatur, an transmissarius, an substitutus: veniunt quippe aliqui ex legis auctoritate, & quodam privilegio ad hereditatem non aditam. Nam iure communi hereditas non adita non transmittitur, l. quoniam sororem, de iure delib. C. l. vni. §. in nouissimo, de caduc. toll. C. l. eam quam, C. de fiduciam. Exceptis tribus casibus, primus in iustitate: nam sius heres transmittit hereditatem non aditam patris, in ascendentes vel descendentes, & extraneos, ratione iustitiae, l. apud hostes, C. de suis & legit. l. br. l. 6. C. tit. 4. ca. vntre praeterito, de acq. hered. Et l. 3. de iure del. C. Bartol. in l. de his qui ante aper. tab. C. Sius porro heres dicitur, qui & olim necessarius, filius, filia, nepos, neptis ex filio, & deinceps ceteri liberi, qui in potestate morientis modo fuerint. Sius quasi iuris, seu domesticus heres, non aliunde quam ex propria domo acceptus, qui viuo quoque patre dominus quodam modo existimatur, §. fin. autem, de here. qual. Et differ. l. in suis, de lib. Et posth. l. in suis, de suis & legit. m. P. De quo interrogatus aliquando Angelus Politianus, cum profiteretur se de omni quaestione responditurum, a Socino, obtinuit, vt refert Alciatus in fine lib. 4. de ver. sign. Explicat & rationem his verbis Iustinianus §. fin. aut. m. de hered. que ab int. deser. li. 3. In l. i. v. 1. Sin autem heredes sunt etiam ignorantes: Et licet furiosi sint, heredes possunt existere. Quia quibus ex causis ignorantibus nobis acquiruntur, ex his causis & furiosis acquiri potest: Et statim a morte parentis quasi continuatur dominium. Secundus casus, in filius, filiabus, nepotibus, nepti-

bus, & callis descendentes etiam non suis, & in potestate testantibus non existentibus: qui instituti a patribus, matribus, auis, proavis, auibus, siue soli, siue cum extraneis, vel substitutis, ante apertas tabulas defuncti, siue nouerint se scriptos heredes, siue ignorauerint, in liberos suos cuiuscunque sint gradus vel sexus, de relicta sibi hereditariam portionem, nulla prescriptione huiusmodi, si tamen non recusant hereditatem, possunt transmitti, *l. vni. de iis qui ante apert. tab. her. transmi. lib. 6. C. si. si referatur in l. vni. §. in nouissimo. de ca. toll. lib. 6. C. si. 30.* Tertius casus, in spatio anni ad deliberandum instituto dato num velit adire vel repudiare hereditatem, intra quem si decesserit, transmittit ad successores, siue ex testamento siue ab intestato, ius hereditatis sit delata. non adita, *l. cum antiquioribus. C. de iure delib.* Atque de istis instituta nunc est quaestio, num qui veniunt iure transmissionis in locum institui, praefertur substitutis. Mihi placet illa sententia, praefertendos esse transmissionarios substitutis. ¶ Cuius prior ratio videtur, quod iura interpretentur verba conditionis. Si heres non erit, & si alium heredem non fecerit, *l. si paterfamilias. 40. de hered. institui. §. fin. de vul.* Alium autem fecisse heredem videtur, qui transmittit & transmittendo videtur heres esse voluisse non repudianda: potissimum in Gallia, ubi consuetudo quod mortuus fasset vitium. Vt haec ratio conuelli non possit diffugio, quod verba, *Si heres non erit*, continent tantum conditionem, si alium heredem non fecerit, quando aditio praecessit institutionem alterius heredis. Haec enim profus iuuenilia sunt. Quorum enim requisitis intelligi, vel alium heredem non fecerit, si institutus adierit: Aditione enim instituti, expirat vulgaris substitutio, *l. post aditam. C. de iur. pub. 2.* Probat Paulus Iur. in *l. si quis filium suum. 7. §. 1. de acquir. hered. P.* Vbi si filius priusquam sciret se patri necessarium excitisse heredem, relicto decesserit filio necessario, is nepos ab aui hereditate abstinere, quem admodum & patri permittitur: & ita ius patris in filium transmittitur, non adita hereditate. Neque calumniari oportet verba, ubi substitutum non datum patri. Nam neque lex exprimit, ut si substitutus datus esset, hoc ius denegetur. 3. Probat *ex l. vni. §. cum autem. de cad. toll. C.* ubi hereditas non adita defertur ad substitutum, priusquam perueniat ad fiscum: exceptis personis, in quibus dictum erat ius transmissionis locum habere. Et proinde transmissionarii praefertuntur substituto. 4. *Q. lex vni. de his qui ante apert. tab. C.* vult transmissionarios ad hereditatem non aditam patris peruenire, siue si pater fuerit solus institutus, siue alius fuerit substitutus: nec obesse villo modo prescriptionem seu oppositionem non aditam hereditatis. 5. Coniunctus praefertur ex praesumpta voluntate testatoris substituto vulgari, *l. quidam testamentario 3. de vulg. P.* at transmissionarius praefertus coniuncto, *l. 3. C. de iure delib.* Ergo transmissionarius praefertur substituto, per regulam, si vincio vincentem te, a fortiori vincio te, *l. de accessionibus. de diuer. §. temp. prescrip. P. 6.* Et proculdubio verum est, heredem heredis esse heredem testatoris, *l. fin. de hered. institui. C.* Et in hac quaestione resolutione, constituto basim, & fundamentalem considerationem, pendente beneficio transmissionis institutum censeri super esse, & tamen nec vellet vel nolle, donec per eius heredem declaratur, vel aditio, vel repudiatio seu absentio. Et proinde eodem pendente tempore substitutum excludi, *per l. quando adiu. l. 3. de acquir. hered. vbi Vlpian.* *Quandiu prior heres institutus hereditatem adire potest, substitutus non potest.* ¶ Ex quo omnia fere tela in contrariam sententiam collecta, elidi possunt. Nec verum est quod quidam putant, substitutionem vulgarem tollere fuitatem, quae est fundamentum transmissionis, ut diximus. Nam iam docuimus tres esse species transmissionis, & vnam tantum ex fuitate pendere, & ita falsam in aliis esse rationem. Subinde neque leges, quas ad hanc adferunt fuitatem tollendam, id probant. Citant enim *l. si filius heres. 16. de libe. & posthu. P.* ubi filio substitutus nepos, praeterito posthumo, succedit patri. Et putant fuitatem posthumi substitutione tolli, quod nunquam sensit Africanus: sed ait posthumo non nato admitti substituta. Non enim praestat impedimentum posthumus, qui natus non est, *reg. iur. non praestat.* contra, si speraretur nasci, vt Papinianus explicat. Nec secundo quod adferunt *ex l. heredes mei, §. 7. §. cum ita, ad Treb. vbi pater non transmittit in filium spem substitutionis, huc pertinet. l. ventre praeterito, §. 3. de acq. her. P.* Nam non animaduertunt in nostra quaestione, ante mortem patris hereditatem delatam, & tantum expectari heredis voluntatem: cum tamen in *§. cum ita*, ante delatam decessisset pater relicto filio. Tertio minus facessit ratiuncula, praefertendum eum, qui venit

iure communi, in concursu venientis iure speciali. *l. eius militis, §. militis missus, de mil. testa. P. l. centurio, de vulg. a.* Substitutum autem venire iure communi, *l. vni. in princ. de cad. toll. C.* & transmissionarium iure speciali, *l. vni. §. in nouissimo.* Nam nec hic concurrunt & transmissionarius & substitutus, sed expresse docuimus, primum ordinem dari transmissionariis, qualis daretur institutis. Item nec veniunt iure speciali, sed iure communi transmissionarii & naturali, potissimum postquam lex generalis hoc ius illis sancit. 4. Non obest *l. quidam in testamento, 25. ad Treb. P.* ubi inquit mater substituta praefertur transmissionariis heredibus filii institui. Nam in illa *l.* filius decesserat, antequam heres institutus, cui ille substitutus esset, adire hereditatem: & ita filius decessit, antequam ei delata esset hereditas, & dies restitutionis ei facienda venisset vel cessisset. Erta nulla est quaestio ibi iuris transmissionis. 5. Perperam citant *l. si. C. de hered. institui. vers. in autem, ibi, Herede Plotii prius herede sibi instituto si ei adiecerit testator, Sempronius Plotii heres esto: tunc existimandum est si non Plotius heres sibi fuerit, tunc Sempronium in iocum, partem & Plotus ex substitutione vocari.* Nam illa verba, *Si non Plotius heres sibi fuerit*, continent, vt docuimus, vel alium sibi heredem delata hereditate non fecerit, quod contingit in transmissionario. ¶ Non tamen pugnat quod dicitur, substitutum praefertur coniuncto, vt in specie *l. 2. §. si duo, de bo. poss. §. tab. idem §. si quis non implens, vers. si vero de here. & §. in princ. in auth. hoc amplius, C. de fideicom. l. vni. §. in primo, & §. pro secundo, de cad. toll. C.* At, inquit, coniunctus vincit transmissionarium, in *l. 2. C. ad SC. Orficia.* Alii citant quoque *l. 2. §. ita demum, ad Treb. in P.* Ergo inquit, substitutus vincit coniunctum, per regulam, si vincio vincentem te, a fortiori vincio te, *l. de accessionibus, de diuer. §. temp. prescrip. P.* Siquidem minor propositio non probatur per iura citata, in quibus nullus transmissionarius heres. ¶ Siquidem tamen in *l. 2. C. ad SC. Orficia.* heres matris erit, qui hereditatem non transmittit, quia suus non est, eo quod mulieres non habent liberos in potestate, *§. femina, de adop. l. nulla femina, de suis & legitim. hered. P.* In §. vero, ita demum, filius decesserat ante delatam hereditatem. 7. Leue quod adducunt, prouisio hominis tollit prouisiorem legis, *l. si de pact. conuent. C. l. marianus, de proc. C. l. cum ex filio §. si de vulg. a.* at transmissionarius venit ex prouisione legis, substitutus vero ex prouisione hominis, *l. qui liberis, §. haec verba eod.* Ergo substitutus praefertendus. Nam in *§. haec verba qui liberis*, non agitur de transmissionariis. Et falsum est, quod transmissionarius non veniat ex iudicio defuncti, vt docet *l. de iis qui ante apert. tab. C.*

#### An fiscus succedens instituto indigno, praefertur substituto vulgari. Cap. 14.

1 Indigno ablatum quando applicatur, vel non applicatur fisco.  
2 Fiscus an excludat substitutum vulgare ex indignitate instituti. Heres non vindicans mortem defuncti primatur hereditate, eod.

Errum tamen est, ablatum ab indigno ex eius culpa, applicari fisco, *l. Papinian §. meminisse, de inoff. testa. l. Claudius, in fine, de iis quib. ut indign. P. cum sim. ibi nota. l. 1. C. eo, nisi vel indignitas ex errore pronuntiat testatoris, quia tunc quod aufertur, defertur venientibus ab intestato, *l. pater, C. de hered. institui.* vel nisi indignitas ipsius priuandi committatur erga certam personam, ad qua potius ablatum pertinet, *l. pen. C. de legat. l. post legatum, §. amittit, de iis quib. ut indign. l. 2. §. fin. & vbi Bart. de collat. bon. P.* Ideo quarunt interpretes, num instituto existente indigno, substitutus vulgaris excludatur a fisco. Et hoc pleno Marte & veluti ambiguo disputant, confundentes substitutiones fideicommissarias cum vulgaribus, nec plane inharentes naturae nostrae substitutionis. ¶ Proinde tamen omnis superfluis velitationibus respondendum & iudicandum censeo, substitutum vulgarem non excludi a fisco Nam si ex sua persona indignus est institutus, & ideo non possit succedere, iam intelligimus eum adire non posse. Quamobrem eo de medio sublato, non vt olim hereditas her caduca, sed ad substitutum primo peruenit: & postremo loco ad aeternum, si nullus ab intestato successor reperitur, *l. vni. §. cum autem, & in princ. l. C. de cad. toll. auth. hoc amplius, C. de fideicom.* Et iniquissimum esset, ex facto heredis institui, qui ex sua persona incapax succedendi est, fieri praedictum prouisiorem testatoris quam ei lex permisit, & substituto, *l. Papinianus, §. meminisse, vers. eo autem solo, de inoff. testa. P. l. non debet, de regul. iur. l. si vnus, §. ante omnia, de pactis, P.* Quod si hereditas fuerit per institutum adita, certe ridicula est quaestio, an substitutus vulgaris praefertur: quia aditione expirat substitutio, *l. post aditam, C. de iur. vbi*  
Neque*

Neque ad rem facit Martiani responsum, quod contorquent in contrariam partem, cuius verba haec, l. si sequens, 1. ad Senatus. Syl. lau. Si sequens gradus vitus fuerit necem testatoris, an prioris hereditas ad illum transferatur? Et ait Papinianus non esse hoc. Nam poena illius, huius praemium esse non debet. Nam illa verba recte indicant primum, non agi de substitutione vulgari, sed fideicommissaria, si dicas substitutum post additionem expectare hereditatem. Et proinde tunc filius pendente vita instituti & conditione, recte percipit fructus hereditatis restituendae, iuxta singularem l. Statius Florus, §. Cornelio, de iure sic. P. Vel si agi de substitutione vulgari contendis, recte excluditur ibi substitutus, tanquam sine iure a fido, quod iam a priore adita fuisset hereditas, & ita in culpa esset, quod non vindicasset mortem defuncti. l. 3. §. eleganter, eod. Quomodo enim priuati possent a fisco hereditate, si non dum eam nactus esset? Penatio enim praesupponit habitum. l. decem, de verb. oblig. l. Iulianus, de duor. P. Quin & si dicas ante aditam hereditatem vindicandam esse aliquando mortem defuncti, quando ante aditionem vel post vindicandam est mors defuncti, vide gloss. magnam, ad l. cum frater, §. ad ver. non verentur, de us, quib. ut indig. C. ab herede, in idem recidit solutio: nam qui ante aditionem vindicat, vult esse heres, & ita excluditur substitutus.

Num Repudiante hereditatem instituto filio vel seruo, pater vel dominus adueniens, excludat substitutum vulgarem.

CAP. 15.

- 1. Aetas secunda filii qua dicitur. Et pater repudiante hereditatem delatam filio, quando aduendo eam sibi acquirit.
- 2. Hereditatem repudiare filium sine patre, & contra pater sine filio an possit.
- 3. Repudiatio hereditatis filium aduente patre, an excludat substitutum vulgarem? Seruus quomodo, & in quibus deteriorum conditionem domini facere possit, eod.

Quia iure Codicis iustitia nec cautum est, ut si filium suum heredes ab aliquo institutus sit, & is in secunda aetate sit, id est, in ea, in qua consensus eius requiratur, & noluerit adire, patri detur licentia aduendi, ut ad eum perueniat hereditas pleno iure, tam per vltimum fructum, quam per dominium, quasi ipse pater fuisset ab initio heres institutus, l. cum non solum, §. si autem in secunda aetate, & §. similis, modo, de bon. qua. li. §. c. lib. 6. C. tit. 6. §. Cum iuriam iure Pandectarum ex sententia Vlpiani, l. qui is heres, 13. §. si de acquir. hered. Neg. filius suus repudiando sine patre, n. §. pater sine filio, alteri nocet: vtrius, autem possunt repudiare. Propter istud, quod pater habebat plenum quidem in quaeritis per filium suum qui omnia patri iure antiquo quaerebat, l. placet, eo. hodie quo ad vltimum fructum. l. si de bonis qua. lib. §. 1. & 2. per quas pers. nob. aug. Et ita deteriorum non liceat patri conditionem facere repudiando, l. filius, C. de pact. reg. non debet. Ideo iuratur hic, nam hoc ipsum verum sit quando filio repudianti datus est a testatore substitutus vulgaris: & cum pater aduendo, repudiante filio, excludat substitutum? Et putarunt interpretes quidam, excludi substitutum propter proximam citata. Sed verior est meo quidem iudicio contraria sententia, pro qua mihi videtur textus expressus in l. qui liberis, §. haec verba, de vulg. P. Vbi seruo repudiante dominus non potest substitutum expellere. Potest enim etiam iubente domino, seruus nolle adire, & ita locum substituto facere, ut expresse rescripsit Alexander Caesar, l. cum proponas, 3. de hered. instit. C. Quomodo modum & aduendo potest quaerere hereditatem domino, & ita excludere substitutum, aditione alium heredem faciendi, l. si pater familias, 40. eo. P. Neque hic oportet fucum facere ex vulgari regula, seruum non posse praedictum vltimum facere domino, l. seruus, de pact. C. l. seruo inuito, ad Treb. P. quia illud perpetuo intelligendam est in iam quaeritis, non in quaerendis per seruum, in quibus nolens quaerere, praedictare potest, l. fin. C. de acquir. hered. Qui enim non vult acquirere, fraudem facere non dicitur: quia is patrimonium non dimittit, ut ait Vlpianus, in l. qui autem cum possit, 6. qua. in fraud. creditor. in P.

De effectu vulgaris substitutionis, & eius interitu.

CAP. 16.

- 1. Substitutionis vulgaris effectus, & §. leg. num.
- 2. Testamentum, deficiente institutionis gradu, quando a substitutione vires capiat.

- 3. Substitutus vulgaris praefertur venientibus ab intestato.
- 4. Substitutus vulgaris succedit in mediae testatoris, non instituto. Non transmittit praecedens institutio. Succedit vbi in g. successurus erat institutus. Et iure accrescendi expellit coniunctum, quando autem consequatur pupillarem hereditatem, num. 5. 6. 7. 8. & 9.
- 10. Substitutio vulgaris quando continet tacitam pupillarem.
- 11. Substitutio vulgaris quibus modis expirat, & cur tollatur aditione facta per institutum, & num. 1. 2. 13. & 19.
- 14. Copulatio tripliciter quomodo pluribus fiat vulgaris substitutionis.
- 15. Disiunctio quando dicitur facta vulgaris substitutionis.

Quid operetur vulgaris substitutio nunc explicandum est, ne imperperam instituta de ea videatur tractatio vel controversia. Dicunt quidam, primum per eam tolli iustitiam: quod tamen iam antea supra, dum de transiunctis ageremus, fallum esse docuimus sup. c. 13. n. 3. §. Secundo, et efficit haec substitutio, ut deficiente primo seu anteriore gradu, testamentum accipiat vires a substitutionis gradu, l. 3. §. fin. de lib. & post. l. ex factis, §. Lucius, de vulg. P. l. vni in prin. de cad. toll. Nisi anterior gradus nullus esset propter qualitatem testatoris, veluti si testari non posset, ut in l. qui in potestate, & l. qua etate, de testa. P. aut substitutio ipsa esset inutilis, l. si ego, de inst. rnp. P. aut primus gradus rumpitur agnatione posthumi praeteriti, quia & tunc sequentes gradus rumpentur, l. nam & si sub conditione, §. rumpendo, eod. aut si emancipatus esset in primo praeteritus, & in secundo iniuste exheredatus, l. non putant, §. a primo gradu, de bon. poss. cont. tab. §. Quo iur. fit 3. loco, ut quia firmatur a gradu substitutionis testamentum, substitutus praefertur venientibus ab intestato ad succedendi potest ex testamento, cessat in testati successio, l. quamdiu, de reg. iur. l. antequam, C. comm. de success. cum sim. Et iur. consequenter quarto loco, per vulgarem substitutionem non deficiente instituto, sed testatori immediate succeditur, §. 1. de vulg. leg. l. eo. §. 1. Ius iur. constitutionis vulgaris personale videtur, ut non transmittatur ad heredes substituti, si is decesserit antequam possit esse locus substitutioni, l. si ex plurib. de suis & legit. her. P. l. sorores, de acq. her. P. l. qui plures, 2. de vulg. P. l. heredes mei, §. cum sta, ad Trebell. P. quia substitutio quae nondum completi extra bona nostra est, ut respondit Paulus, l. substitutio, 42. de acq. rer. do. P. Et idem ad heredes plus iuris, quae habeat moriens, non transfert, l. nemo plus iuris, de reg. iur. cum sim. §. 6. Substitutus iur. vocatur in omne ius, quod habitus fuisset institutus ex testamento testatoris, si adisset hereditatem, l. si Titius coheredi, 27. de vulg. P. §. 7. Quod ius accrescendi transit ad eum, ad quem transit portio iure huius substitutionis, l. cum ex filio, 39. §. fin. eod. §. Impeditur §. 8. ne iure accrescendi pars sub conditione relicta perueniat ad pure ex alia etiam parte institutum, Mart. in l. cum heres institutus, §. 2. §. fin. de acq. hered. P. & Pompo in l. si te solum, 17. de hered. instit. Sic substitutus excludit coniunctum, l. 2. §. si duo de bon. poss. sec. tab. l. vni, §. in primo, & §. fin. autem aliquid, & §. cum autem de cad. toll. nisi de contraria mente testatoris constet, l. 4. C. de instit. sub cond. facti. l. quidam testamento, de vulg. P. vel nisi sit substitutio directa copulatiue pluribus facta, arg. proxime citat. l. quia conditio non intelligitur verificata vno eorum decedente, l. si heredi plures, de condit. instit. Quod tamen diuersum est in substitutione coniunctam pluribus facta, l. fin. §. pen. de leg. 2. l. Lucius, §. Cuius ad Trebell. Verum in hac quaestione consideranda, quando coniunctio & substitutio in eadem persona coeunt, ut in l. qui patri, §. 9. de acq. her. P. quia tunc substitutio & coniunctio se iuuat, non autem expellant, ut in l. testamento, C. de impub. l. vni, quando non peten. par. §. 9. Substitutus vulgariter potest nasci hereditatem pupillarem, in casu l. ex duobus, §. 4. §. filium impubem, de vulg. P.

Postremo, et substitutio vulgaris filio impuberi testatoris facta, porrigitur ad pupillarem tacitam: nisi de contraria voluntate testatoris appareat, l. quamuis, C. de impub. l. 2. in fine, & l. iam hoc iure, de vulg. P. l. fin. de inst. & substit. sub cond. facti. C. l. qui fundum, §. qui filium, de vulg. P. Nam quod continetur pupillaris tacita a verisimili colligitur: verisimile enim est testatorem, si eum casum cogitasset, substituisse pupillariter. Et proinde id ipsum dicendum est ac si substituisset, l. Titius, §. Lucius, de libe. & posth. l. tale pactum, §. fin. de pact. P. l. cum res, de leg. 1. Adhaec si mens contraria appareat, cessat praesumptio, l. cum de indebito, de probatio P. quia in conditionibus princeps est voluntas testatoris, l. in condi-

tionibus de cond. & dem. P. l. cum quaestio, C. de leg. Simili modo si expressa pupillaris, & expressa vulgaris fiat a testatore, iam constat de mente, neque altera sub altera continebitur, l. cum ex filio, §. filio, de vulg. P. vel si ei fiat vulgaris, cui expressa pupillaris fieri non potest: vel si fiat vulgaris ex formula consilii Galli Aquilii. Quia non potest huic accommodari pupillaris, quod in ea praesumatur mortuus institutus ante testatorem. in l. Gallus, de liber. & posthum. Observanda hic itaque pro fundamento extensionis, mentis praesumptio, quod id voluisset testator: & ideo expressa ad tacitam pupillarem protogetur. Si de aliis quippe qui in testamento opponuntur casibus agas, qui non pendunt ex voluntate praesumpta testatoris, sed vel ex legum solemnibus, vel habent diffinitam adinem casuum, vt temporis vitae, & temporis mortis, aut aliorum casuum omnium non contineri expresso facile probabis, l. como dissimulo, eo. P. l. si quando, C. de inoffic. testam. l. si quis institutus, de hered. inst. P. l. statu liberum, §. Sychum, de legat. 2. potissimum in his, quae stricti iuris dicantur, vt in contractibus, quod quid adstringenda, de verb. oblig. P. l. si cum dotem soluit, matrim. P. l. si extraneus, de condit. cau. du. cau. non seg. l. qui per statu um, de iur. iur. P. a quibus distant testamenta, quae latiore meatis interpretationem admittunt, l. in testamento, de reg. iur. Neque enim etiam hic pupillaris sub vulgari ex verbis substitutionis continetur: nam pugnantia sunt, succedere si sit heres per pupillarem, & si non sit heres per vulgarem. Vt certe videantur vtraque ex repugnantia & contrarietate reconcilianda. l. ubi repugnant a. eod. l. scriptura, C. de fide instrum. Sed ex mente testatoris, vt vtroque casus praesumatur voluisse substitutum admitti: & si pupillus non esset heres, & si quidem esset, sed in pupillari gratia decederet. Ita verum est, ex contenta voluntate sub vulgari conditionem impleri in forma specifica, vt fieri par est. l. qui heredi, §. l. Menius, de condit. & dem. pler. Si enim moriatur pupillus ante aditam, iam vulgaris impletur in expresso: si post aditam, in specifica tacita.

11 ¶ Ceterum, vt in fine vulgaribus substitutionibus imponamus, haec quae enumeramus obtinent, quando substitutio vulgaris efficax est & viuit: non si extinguatur, vel locum non habeat. Ideo tradunt Iurisconsulti modos, quibus extinguatur. Quorum prior insignior est, si adita sit hereditas ab instituto, cui facta est substitutio. l. post aditam, de impub. C. l. si legata, C. de leg. l. si quis filium familias, de acq. hered. Quia defecit conditio, & consequenter potestas petendi ex condicione, l. de iudic. vid. toll. C. l. si pupillus, de cond. inst. iamque aditione testator habet heredem, l. 3. §. si quis ita, de hered. inst. P. vt postea substitutus heres esse non possit: quia vni testatori duo in solidum heredes esse non possunt. in l. quod contra, §. vni deo, de reg. iur. l. hereditatem, §. pater, de cast. pec. P. Quod & in pluribus substitutionis vulgaris gradibus, verum est: vt adita hereditate omnes expirent. l. maior, §. fin. de vulg. P. 2. Postquam institutus adita hereditate factus est heres, non potest desinere esse heres. l. §. si sine, §. sed quod Papinianus de minor. 25. annor. Caius. l. ei qui solendo, de hered. inst. P. §. restituta, de fideicom. hered. l. si cui, C. de repud. vel abs. hered. Et postremo, vbi hereditas adita est, definit esse iaceus, sitque patrimonium eius qui adiit. l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulg. l. 1. §. veteres, de acquir. possess. Substitutus autem non dicitur instituto succedere sed testatori. l. in secundo responso, ibi, tunc Seius mihi heres esto, de vulg. §. i. verfic. quo casu, de pupill.

12 ¶ Nec interest, num iure ciuili vel iure praetorio adita fuerit hereditas: nam eum, qui agnoscit bonorum possessionem, pro herede se gerere non ambigitur. l. puberem, C. de iure delib. Heres quippe, qui agnoscit hereditatem de iure praetorio, videtur adire iure ciuili secundum Bartolum: nisi a iure ciuili fuisset exclusus.

13 ¶ Quin & existentia sui heredis, expellit vulgaribus substitutionem, vt aditio hereditatis, l. Lucius, de vulg. P. Bart. in l. eod. Quo fit, vt si plures sint heredes instituti, puta tres vel quatuor, vnus aditione expirat substitutio, etiam quoad alios, si copulative fiat substitutio.

14 ¶ Copulatiue autem fiet tripliciter. Primum, si testator substituat coniunctiue per copulam negatiuam: neque, vt Titium, Caium Sempronium instituo, si neque Titium, neque Caium, neque Sempronium heredes sint, Caium substituo. Ibi enim conditio exigit nullum eorum esse heredem, & ita vno adente deficiet substitutio. l. quidam testamento, de vulg. P. Bart. in l. heredes mei, §. cum ita, ad Trebell. P. l. hoc articulo, de her. inst. P. Secundo, si testator substituat simpliciter, aliqua copula non adiuncta, neque affirmatiua, neque negatiua: veluti si dicat, Titium & Seium heredes instituo, & si praedicti heredes non sint, Caium substituo. Nam vno ho-

adente, extinguatur substitutio: ita vt coheres excludat substitutum in parte repudiantis. l. cum quidam, C. de impuber. Tertio, quando testator adiecit copulatiuam, & substitutionem, puta: Titium & Caium heredes instituo, & si Titius & Caius heredes non fuerint, Sempronium substituo. Nam & hic aditione vnus ex coheredibus existit gatur substitutio, quod pertinet etiam ad alium vel alios adiectos, & portio repudiantis accrescit coheredi iure accrescendi. Bart. in d. l. de vulg. P. Bald. Ang. Saly. in d. l. cum quidam, Paul. Castr. in l. si quis qui ducenta, §. cum ita, de reb. dub. P.

¶ Nisi substitutio esset facta seruo communi duorum dominorum, heredi instituto, l. §. Proculo, de leg. 2. l. si heredi, §. qui duorum, de condit. & dem. Siquidem tunc, si seruus iustu vnus domini partem adierit, iustu autem alterius partem repudiet, substitutus admittitur ad partem repudiantis: quia verba institutionis relata ad seruum communem, intelliguntur separatim & diuisione adiecta. Quoadmodum quando testator substituit diuisione dicens: Titium & Caium heredes instituo: & si Titius aut Caius heres non sit, vel non sint, substituo Sempronium. Quo casu, vno heredum adente, substitutio, quod pertinet ad eum, non quo ad alium, expirat: & ita, vtroque non existente herede, ad vtrumque partem substitutus admittitur, & altero moriente ante aditionem vel repudiante, ad partem quoque eius. l. penul. de inoff. ruy. P. l. ex duobus filium, §. l. cum ex filio, §. fin. & l. coheredi, §. heres, de vulg. Et ita intelliguntur omnia iura, quae tradunt substitutionem praefertim coniu. do. vt l. vni §. profecundo, de cad. toll. l. acquif. simu. §. si duo, de bon. poss. l. que pater, de acq. hered.

¶ Ergo substitutio adita hereditate, substitutio vulgaris primum exprimitur. 2. Eadem locum non habet, si substitutus repudiet hereditatem. l. si nemo, de reg. iur. Aut si 3. ante quam conditio substitutionis aduenerit, decellerit: quia substitutio, quae nondum competit, non transfinitur. l. substitutio, de acquir. ver. dom. l. ioties, de acq. hered. l. heredes mei, §. cum ita, ad Senatus. Trebell. l. si ex pluribus, de suis & legiti. hered. Aut 4. si conditio ipsa appositae defecerit. l. si plures, de condit. inst. P. l. 1. de iudic. vid. toll. C. Et postremo, si substitutus neauerit institutum. l. Cicero, de poen. P. l. si ab hostibus, §. fin. sol. matrim. P.

De substitutione pupillari, eiusque definitione & diuisione Cap. 17.

- 1 Substitutio pupillaris contra ius commune. Et eius substitus duo singularia, num. 2.
- 3 Pupillus pupus quis dicatur.
- 4 Pupillaris substitutionis definitio, eiusque diuio in expressam, tacitam, mixtam: in proprie pupillarem, & exemplarem, num. 5 & 6.
- 5 Pupillaris substitutio comenta sub reciproca & compendiosa, pro expressa est.

Pupillaris substitutio faciendae, ius singulare est, moribus introductum, praefero imo contra commune iuris dispositionem, Theoph. in §. 1. de pup. subst. in Inst. iur. ciu. l. moribus, de vulg. postea tamen legibus receptum, d. l. moribus, & l. iam hoc iure, de vulg. P. Potuit autem populus hoc sibi vntendo & moribus statueret, qui potest moribus etiam scriptis legibus officere, & eas defuetudine abrogare, in parte vel in toto. l. de quibus, de lib. P. Et ita etiam alia pleraque, more Romano, seu moribus vntentum, recepta, quae videntur a iure aliena communi. l. more nostra ciuitatis, de acq. hered. l. more maiorum, de iuris d. omn. iud. l. more Romano, de feriis. Faciuntque mores & consuetudo ius proprium, ea mos est, & consuetudo, d. l. l. omnes populi, de iust. & iur. l. cum praetor, de iudic. P. l. magistratus, ad municip. P. Sed & ius commune consuetudines circa vltimas voluntates expresse seruari iubet. in l. si non specialis, C. de testamen. Singularia praecipua duo in hac substitutione.

¶ Primum, quod pater pro alio, pro filio videlicet, testetur, cum ius commune respiciat hoc testamentum: quia voluntas non strae non est sententia, sed sit captatoria reprobata. l. eo. P. l. captatoria, de testam. mil. l. illa institutio, de hered. inst. Nec quis ab alio rogari potest sibi alium heredem faciat. l. ex factio, ad Senatus. Trebell. leg. filium familias §. vt quis, de legat. 1. Secundum, quod per hanc decedit testator pupillus, qui per aetatem testari non potest, l. qua aetate, de testamen. §. praeterea, quibus non est perm. fac. testat. vt etiam mater per eam priuari legitima possit. l. Pa. manius, §. sed nec impuberis, de inoffic. testamen. contra l. nam & si parentibus, eodem. titul. P. & §. sedus, de S. C. Tertullia. l. 1. c. eodem. Pupillaris ab aetate eius, cui fit, dicta est substitutio.

Theo. h.

Theoph. lib. 2. Instit. iur. civil. §. 1. de pupilla. §. Papilli pueri dicuntur, & proprie qui patre careant, qui deserunt esse in patris potestate, vel morte eius, vel emancipatione. l. pupillus, 2. §. 9. de verbo. sign. Et sumto latius vocabulo etiam omnes qui in imuberi sunt ætate. l. si seruus, 1. 4. §. pupillus, de verb. obl. P. l. quam Tuberonis, §. pupillus, de pecul. P. l. si infans, §. fin. de iure delibe. Pupillus a pupo declinari videtur, pupum enim & pupam vocarunt tenerum puerum, aut teneram puellam, vt apud Martial. 4. Epigrami.

Pupam se dicit Martia, cum sit anus. Et Catullus: D:prendi modo pupulum puella trufantem. Et Petrus Satyr. 2. Dicite ponti fides in sacris quid facit aurum. Nemp hoc, quod veneri donata a virgine pupa.

Vnde & imaginacula, quæ concipitur in oculi acie, in cornea tunica, dicitur pupilla. Plin. lib. 11. c. 37. Cicero. 1. de natur. deor. Sicut & apud Hebræos a nomine שׁוֹרָא sive vir, formant שׁוֹרָא sive con. pupillam, quia in ea apparet parua figura hominis, vt ait Rabbi Kimhi, in Psalm. 17. Pupillus paruo & pupus, a pubesca, imperfecta videlicet minorum puerorum pube, a qua puberes maiores masculi 14. annorum, formoz 12. appellatur. c. puberes, 3. de des. impub. c. 1. de delict. puero l. minor 2. §. anno, 3. de minor. 2. §. an. l. in. 4. quan. tuto. vel curat. esse desin. §. 1. quib. mod. tut. finit. §. Substitutio

Substitutio pupillaris variis modis, neque sine pugna interpretum definitur. Eg. cum otium non detur, non immorabor in referendis aut refulendis singulis ne crescentes in stem crebris sermonibus vres. Sed meam tradam, vt opinor suis numeris absolutam, & totam substantiam pupillarum continentem. Ea est, substitutio pupillaris est substitutio directa, ab eo qui sibi testamentum condidit, facta liberis imuberibus in sua potestate constitutis, sub ea conditione expressa vel tacita, si in ætate impubere deceaserint: per quam & in imuberis & patris bonis succedere substitutus. Pro genere verba, substitutio directa. Nam ea est ex genere directarum, vt docuimus in principio tractatus substitutionum, & probat, l. si restamento iure facta, l. 7. de impub. C. l. Scavola, ad Treb. P. & datur per hanc directo pupilli hereditas, l. precib. C. de impub. Reliqua finitionis, pro differentis sunt aliarum substitutionum & huius, quæ latius ex his quæ dicemus, apparebunt.

Substitutio pupillaris substitutio triplex. expressa, tacita, mixta, id est, partim expressa, partim tacita. Expressa est quando forma substitutionalis exprimitur in testamento patris, veluti: Si filius meus intra pubertatem deceaserit, tunc Caius heres esto. l. de vulg. §. 1. eod. apud Justinian. Tacita est, quæ non exprimitur in testamento, sed intelligitur: & aliis substitutionibus continetur, vel compendiosa, vel reciproca, quæ potest fieri imuberibus, l. Lucius, eod. vel vulgarari, vt supra docuimus. Verum ea, quæ continetur in compendiosa & reciproca, non est omnino tacita: quæ continetur autem sub vulgarari, est omnino tacita. l. quamuis, C. de impub. Nam tacita pupillaris contenta sub reciproca, aut compendiosa tantum habet vim, ac si expressa esset: ac contenta sub vulgarari minime, l. fin. de Instit. sub. cond. fact. C. §. Mixta dicitur, quoad extrema: vt, Si filius sit heres, Caius heres esto. §. substituitur, de pupil. l. qui liberos, de vulg. Est & pupillaris quedam proprie pupillaris, alia quasi pupillaris, quæ exemplaris dicitur. l. humanitatis intuitu, de impub. C.

De quibus bonis fiat substitutio pupillaris.

CAP. 18.

- 1 Substitutio pupillaris pertinet, & ad propria bona pupilli. & §. 1.
2 Adicione hereditatis patrimonium defuncti & heredis vnum sit.
3 Arrogato quare in bonis propriis arrogator non substituit pupillariter.
4 Pupilla bona, cui substitutum sit, an alienari possint.

Substituitur, seu heres instituitur, & sit pupillo, non solum in bonis, quæ a testatore filius percepit, sed etiam in propriis bonis pupilli aliunde quæsitis, §. 1. de pupil. l. sed si plures §. ad substitutos, de vulg. l. si sita scriptum, §. qui filio, de bonor. possess. sec. tab. etiam materis, §. 1. vt lic. matr. & ania, in antb. Neque interest, an in omnibus bonis pupilli substituitur patet, an tantum in aliâ re: siquidem particularis illa substitutio ad reliqua omnia bona trahitur. l. coheredi, §. fin. de vulg. Vt in aliis institutionibus, vbi ce heres datus non est vniuersalis, receptum est. l. 1. §. si ex fundo, de hered. instit. cum similib. Quando videlicet pupillaris sit per

verba directa & ciuilia, non autem si fiat per obliqua & communia: nam tunc substitutio in re particulari per ea verba facta, non trahitur ad vniuersa, vt annotauit Alexander, in l. 2. de vulg. l. cogi, §. generaliter, ad Trebell. Barto. plene in l. centurio, circa finem, qua fin: verba directa, obliqua & communia tradit.

Cur autem substitutio pupillaris ad bona pupilli propria referatur, ratio est: quod adita per filium patris hereditate, sit vnum patrimonium patris & filii per vnionem. Et ita post aditionem, non tam in bonis filii, quam suis pater substituisse videtur. l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulg. Quemadmodum adita hereditate defuncti per heredem, vna cenetur causa vtriusque, bonorum confusione. l. debitori, C. de pact. l. Stichum, §. 5. §. aditio, de solutio. licet, C. ad leg. Falcid. Et vna se mutuo consequuntur, vt in vnitis beneficiis liquet. c. quia sepe, de praben. in 6. glo. in ca. gratia, ad ver. de iure teneri, de rescript. 6. ca. intranslato, de consti. Alia ratio, quod heres substitutus pupillo, & ex eius voluntate ei succedere videtur: quia testamentum patris testamentum filii est. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de inoffic. testam. P. Tertia, quia si in parte bonorum pupilli tantum succederetur, is pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere videtur, quod ius non patitur, l. ius nostrum, de regul. iur. cum similib. excepta voluntate militis, l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulg. l. miles ita heredem §. si miles, de milit. testam. P.

Oberua tamen, substitutionem pupillarem factam arrogato filio non extendi nisi ad legitimam, quam a patre adoptante habuit, non ad bona, quæ aliunde arrogator ante arrogationem habebat. l. sed si plures, §. in arrogato, de vulg. Cuius ratio aliunde pendet, videlicet ex pacto & cautione data in arrogatione, quæ se pater obstringit de reddendis bonis arrogati proximioribus arrogari, si in pupillari ætate decederet, l. non enim aliter, de adopt. P. §. cum autem, eod.

Porro, non inutiliter quæritur, ad quæ bona pupilli pertineat substitutio, an ad omnia quæ pupilli fuerunt tempore quo adii hereditatem paternam: an ad ea tantum, quæ tempore mortis pupilli, esse eius inueniuntur. Et, num si a tempore aditionis distracta pupilli aliqua sint bona, reuocari possint, vt subiecta restitutioni. Et iustus certe rationibus placuit, bona propria pupilli posse ex legitima causa, quæ minorum bona distrahi permittit, alienari, nec post eius mortem reuocari posse per substitutionem. Diuersum autem in bonis patris, quæ fideicommissarie substitutioni obnoxia sunt. Guilelm. Benedict. in cap. Raynuitus, ad ver. si absque liberis, 2. num. 85. Ratio prior, quia testamentum pupilli cenetur, dicit. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de inoffic. testam. testatori autem, libera est alienandi facultas bona sua quamdiu vixerit, l. cum seruus legatus, 15. & l. rem legatam, 18. de adim. leg. P. c. cum Marthe, de celebrat. miss. l. si quis in principio, de leg. 3. l. cum hic status, §. ait oratio, de donat. inter vir. & vxor. cum simi. Secunda, quod substitutio pupillaris est directa, non fideicommissaria: & proinde non competit, nisi pro bonis, quæ erant tempore mortis, argumento sumto a contratio sensu, authentic. res qua, Cod. common. de legat. Sed & res interdum subiectæ restitutioni alienari possunt, necessitate cogente vel debitorum, vel legatariorum. l. cum hereditas, & l. im tamen, §. actiones, ad Trebell. P. Et tertio loco existat textus, qui de substituto pupillari meminit, ne possit reuocare quæ a tutore minoris alienata sunt, si id fecerit, vt alimenta præstaret matri aut forori, quæ aliter viuere non possent. & l. 1. §. sed nonnullos, de iur. & ratio distr.

Notandum autem & adhuc est, quod sicut expressa pupillaris trahitur ad omnia bona pupilli, ita etiam & tacita sub vulgarari contenta. Guilelm. Benedict. ad d. cap. Raynuitus, ad ver. si absque liberis, 2. num. 85. in fine, de testam.

An Substitutus excludat ascendentes pupilli, aut matrem in legitima & hereditate ab intestato eis debita.

Cap. 19.

- 1 Substitutus pupillaris an excludat matrem. & num. seq.
2 Matrem excludit substitutus etiam in bonis ex linea materna pupillo aduenturibus: Etiam si compendiosa contineatur, non si tacita sub vulgarari.
3 Mater quare non excludatur a successione filii per tacitam pupillarem sub expressa vulgarari comprehensam, & qui casu excipiuntur. num. 4.
4 Pupillaris substitutio quibus rationibus excludat matrem a suc-



cessione pupilli. *Contrariaq; ratione sublata. num. 9.*

- 6 Testari causam potior intestari.
- 7 Lex indefinite loquens. indefinite intelligenda.
- 8 Patris magis quam matris consilio lex de liberis fidei.
- 10 Pater & mater an parvi sint in causis filii.
- 11 Mater exheredari sine causa a filio non potest.
- 12 Legitima num sit iuris naturalis.
- 13 Pupillaris & exemplaris substitutio differunt.

**E**X superiori & proxima resolutione, qua substitutus succedit in omnibus bonis propriis pupilli, oritur dubium quotidianum: Nam ascendentes qui habent legitimam in bonis intestati filii, ut mater, avas, avia, *auth. presbyteros. C. de episc. & cler. §. presbyteros, de sanctis. episc. in auth.* excludantur per substitutionem pupillarem. Potissimum in Galliarum quibusdam provinciis, ubi mater succedit, sicut pater filio etiam cum testamento decedenti, in bonis mobilibus, ea lege, ut debita personalia & in fanus impensa persoluant, si filius nullo relicto filio extraneum instituat. *consuet. Tironis, tit. de successione. art. 16. in Arelia. eod. tit. art. 257. Alibi, in acquisitionibus immobilium consuet. Parisi. eod. ca. tit. art. 128. Brian. eod. tit. art. 565. & alibi.* Et in hac questione quidam putant absolute, matrem & alios expressa pupillari excludi, *Ang. Aret. in §. ubi quero quis sit effectus, de pupill. Bart. in l. Papiianus, §. sed nec impuberis, de inoffic. testa. P. & in l. moribus, n. 31. de vulg. & ibi Dyn. & Alex. consil. 45. v. vol. & consil. 1. in 3. vol. fo. ab 7mola in c. Raynuntius, de testam. & Bened. in d. c. in ver. si absque liberis. 2. in tracta. pupillaris substitutio, num. 86. & Math. de Assuet. decif. Neapolis. 3. 19. num. 2. & decif. 3. num. 3. Guido Pap. decif. 533.* quidam arbitrantur iure quidem antiquo id fuisse verum, sed nouo antiquatum.

**P**rior sententia placuit etiam Baldo, qui cum aliis addit, ut mater etiam excludatur in bonis, quae obtigerint pupillo ex linea materna. *Bald. Alexand. & Inol. in l. sed si plures §. ad substitutos, de vulg. Mihi probatur haec sententia, tam ex iure Pandectarum in l. Lucius, 2. responso, de vulg. P. quam iure Codicis, & ex l. precibus, in 2. responso, de impub. C. & iure Pontificio ex cap. 1. de testam. in 6. ubi etiam compendiosa & breuiloqua substitutio idem operantur, ut continentur expressam in se pupillarem, quod pertinet ad verbum dispositum quamuis quantum ad verbum conditionis distinctum pertinet, sit tacita. Quod tamen diuersum est in tacita pupillari, quae continetur sub vulgari expressa, quae matrem non excludit. *glos. & interp. in l. si de institut. sub cond. fact. C. & l. precibus. C. de impub.**

**S**ed & perpendamus causas huius varietatis. Dicunt igitur, tacitam ex vulgari ideo non excludere matrem, quod ea plurimum laborauerit circa gestationem, partus, & lactationem filii, *l. in §. quis earum qui potior. in pign. hab. C. ca. fin. de conuer. a. coniuga. Phalaris Panorta, epist. gra. 19. Bald. in l. precibus, C. de impub. per l. ad idem qui potior. in pign. hab. C. & fraudare labores iniquum esset, l. pen. §. illo, de necessa. hered. instit. nec affl. & edandam esse afflictionem, l. tam de mentis, C. de episc. aud. l. datus, de offi. praef. P. l. poena, §. fin. ad l. Pompon. de parricid. sed in solatium liberorum amissionum, bona & legitimam ei esse deferenda. *l. iure succursum, de iure dor. P.* Quae tamen ratio in hi in hac causa non probatur: quia & eadem posset habere locum in pupillari tacita compendiosa, & in expressa: cum tamen diuersa sententia verior sit. Proinde alia ratio quaerenda, quae substantiae rei sit accommodatior quod in vulgari expressa pater non cogitauerit de exheredatione matris filii cum substituit, sicut in compendiosa, breuiloqua, & expressa pupillari facta impuberi. Et exheredationes, ut odiosae, sint restringendae potius quam extendendae, *l. cum quidam, de libe. & posthu. Item, quod per vulgarem, l. 1. de vulg. succeditur potius patri, quam filio, cui per pupillarem succeditur, l. 2. eod. d. l. Papiianus, §. sed nec impuberis.**

**D**emuntur & tamen quatuor casus, in quibus tacita pupillaris matrem excludit: quos notat Guill. Bened. ad c. Raynuntius, ad ver. si absq; liberis, 2. in tract. de pupilla. n. 88. 89. 1. Si constet ex dictis extra testamentum, testatore id voluisse, *l. in testamento, in fi. de test. mili. C. glo. in l. precib. in verb. omnimodo, de impub. ut si, viuens aliquando affirmauerit, nolle se moriente pupillo, aliquid vxorem suam ex bonis suis capere, vel illi succedere. arg. l. quousis, §. 1. de hered. instit. l. Titia, §. 1. de verb. obl. P. 2.* Si testator vxori aliquid reliquerit in testamento, adiecta hac vel simili conditione, ne quid vitra in bonis suis petat. *arg. l. peto, in prin. de leg. 2. l. fidei-*

*commissa, §. si quis ita, de leg. 3. 3.* Si mater marito facta fuerit iurimica, *l. 3. in fi. de adm. leg. 4.* Si substitutus sit magis, quam vxor, dilectus testatori, puta, si filius. *Barto. in l. heredes mei, §. cum ita, ad Treb. P. & Et haec possunt firmare sententiam, cur expressa pupillaris, vel quae pro expressa habetur, excludat matrem. Quae alias quoque rationes habet. Prima quod in hac agitur de successione, quae ex testamento patris ad substitutos defertur: quia testamentum patris dicitur, per quod heres institutus est pupillo, & testamentum filii est testamentum patris. *l. patris & filii, de vulg. Et institutio filii, est veluti appendix tabularum testamenti patris: quandoquidem non prius filio heredem dat, quam sibi ipse instituerit. l. i. §. fi. & l. 2. §. primus, & §. quisquis, de vulg. P. §. liberis, de pupil. Ceterum, mater non potest mouere querelam vllam aduersum mariti testamentum, quod illam non instituerit, vel quae praeterierit: quia querela non datur nisi certis personis, *l. de inoff. testi. P. l. fratris, C. eo. non vxori, cui tantum subueniebatur ab intestate, per edictum, vnde vir & vxor, l. 1. vnde vir & vxor, C. Et proinde a successione legitime filii remouebitur, quia testamentum patris est. expresse in l. Papiianus, §. sed nec impuberis, de inoff. testa. P.***

**H**inc & alia ratio sequitur, testati causam tollere causam intestati. *l. antequam, C. de successio. l. quamdiu, in 2. de acqui. her. l. quamdiu, de reg. iur. l. 2. de bon. poss. §. ab. cum simi. l. Substitutum autem venire ex testamento substitente patris & filii: mater autem ab intestato. Et proinde certe expelli. Non potest pater filii bona separari a paternis, quibus vnita sunt, *l. sed si plures, §. filio, de vul. l. 1. §. praeterea, de separati. in P.* alioquin pro parte pater & filius testati, pro parte intestati decederent, quod ius in paganis non patitur. *l. ius nostrum, de reg. iur. P.**

**T**ertio, & lex indefinite loquens, generaliter & indefinite est intelligenda. *l. si pluribus, §. de leg. 2.* Porro, *l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulg. tradit indefinite, bona quaecunque peruenire ad pupillum, ad substitutam pertinere. Proinde nihil ex his detraheretur, matris causa: cum de ea lex non meminerit, nec excipiat. *l. cum vero, §. de viro, solmatr.* Quinimo nec substitutus potest omittere successione filii retenta paterna. *l. quidam elogio, de iure delib. C.**

**A**ddi & potest, probum consilium patris, de quo lex bene praesumit. *l. consilio, de cura, furio. l. isti quidem, quod met. cau. P.* qui cum mores vxoris rectissime perspectos habeat, non creditur absque causa matrem praeterisse: puta, sciens eam male affectam in filium, vel luxuriosam, iuxta lex quae tutores, de administ. tuto. C. Sed & postremo, matres quae se exclusas per substitutionem pupillarem videbunt, si filius in impubere aetate moriatur, officiosiores erunt & diligentiores in conservanda vita filiorum, ut maiores facti aliquid consequi ex eorum sententia possint. *arg. l. fin. ubi pupill. educar. deb. C. lib. §. ut. 49.* Qui & sententiam contrariam securi sunt, ut Petrus de Bellapertica, Jacobus de Aretinis, & alii, dixerunt iura Codicis & Pandectarum correctam fuisse iure Nouellarum, quo mater non potest a filio priuari legitima, nisi ex causa ingratitudinis expressa. *§. si no ingitur, vers. sancimus, ut cum de app. cogn. in auth. Ego tamen nullam huius substitutionis in vllio iure expressam inueni correctionem. Nam est, filium non posse absque causa matrem priuare legitima: in hac substitutione, nec hoc filius facit, sed pater. *d. l. Papiianus, §. sed nec impuberis.* Et quod expresse non corrigitur, cur itare prohibetur? *l. senfib. C. de testa. P.* potissimum cum emittenda sit iurium correctio. *l. cum expedit, de elect.**

**N**ec & ad rem secundo pertinet, quod alint. patrem in patrem non habere imperium. *l. non magistratu, de recept. arbit. P. l. ille a quo, §. tempestiuium, ad Senatus. Treb. Matrem autem putent patri aequalem esse in successione filii hodie. *auth. defuncto, ad Senatus. Tertullia. C. §. 1. de hys. ab intesta. venient. coll. l. 2. §. obicitur, ad Senatus. Terul. P. l. 2. C. eod. Quamuis olim mater expelleretur a patre. Et ideo non posse per patrem matrem priuari successione filii. Nam feminae non habent liberos in potestate, §. faminae, de adopti. & l. nulla, de suis & legit. P. & ideo ut patres non possunt pupillariter substituere. *l. 2. de vulg. Et si patres sunt in successione, hoc verum ab intestato, sed hic pupillus intestatus non dicitur decedere, sed testamentum patris est testamentum filii. *l. Papiianus, §. sed nec impuberis.****

**H**uc & pertinet tertia ratio eorum eiusdem finis, quod ea quae filius per se facere non potest, non potest ministerio patris, *l. neg. per se, de her. instit. l. qui liberis, de oper. lib. cum ibi not. quia qui per alium*

per alium facit, per seipsum fecisse videtur. *l. si re oportet, §. auid. de excusator. P. l. 1. §. de fideiuss. de vi & vi arm.* At iniquum, neque etiam iure Pandectarum filius matris per se sine causa exheredare poterat, *l. nam & si parentibus, de inoff. testa. P. l. scripto, unde l. P. nec hodie, §. aliud quoque capitulum, ut cum de appel. cognosc. in auth.* Non poterit ergo per ministerium patris: ne quod via via prohibetur, alia permitti videatur. *contra cap. cum quid, de hered. instit.* Cum nemo etiam alterius factio possit exheredari. *l. paterfam. testamento, de hered. instit.* Nam & maior & minor propositio, in hac quaestione deficiunt. Siquidem & filius, qui per se ob aetatem non potest disponere, per patrem testatur. Et quamvis iure communis Pandectarum legitima ascendentibus in bonis filii debeatur, tamen & eodem iure recepta est exclusio matris per substitutionem pupillarem, per saepe citatum l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de inoff. testa. P. Ita alii rationes tolluntur, quae rem non attingant, sed ex regulis communibus decepta obiciuntur: quod limitata causa substitutionis, ut testari tantum pro filio liceat, *argum. l. in agris, de acqui. rer. dom.* Omittunt aliam finem enim, & excludatur mater. Item quod aiant ut privilegium concessum intelligatur sine alterius factura, *l. 2. §. si quis a principe, ne quis d. in loc. pub. l. nec tuis, C. de precib. imp. offer.* quodque iniuria irrogatur filio, si sine causa beneficiorum immemor exheredet matrem. Nam haec omnia falsa sunt: siquidem & concessam est patri disponere ut velit, & privilegium concessum hoc expressis habet, ut matrem excludat. Item nec iniuria illa irrogatur filio, quia testamentum patris est: & ut audiemus, Deo fauente in rationibus substitutionis huius potestatis ratione, pater tanquam de bonis propriis videtur potius disponere, quam de filii, ut nulla mariti iniuria irrogata videatur, si uxorem nolit sibi nec filio succedere.

12. **¶** Et si quod adferunt aliud, legitimam esse iuris naturalis, §. primam utaque, de hered. & solo in auth. l. nam & si parentibus, de inoff. testa. P. nec tolli patrem vel ius civile possit, §. sed naturalis, de iure nat. l. eas, de ca. dimittit. Eadem solutio eliditur, quod nulla legitima uxori debeatur in bonis mariti. Quamvis ultra, lapsos putem eos, qui dicunt legitimam matris & ascendentibus, imo & descendentibus iure naturae deberi: cum iure naturae nihil sit privatum, sed omnia sint communia, *c. quo iure, 8. dist. C. 1. Offic. Oldrad. 1. 35 per l. fin. C. de fideicom. ut constat ex tit. de Senatuf. 13. consil. Tertullia. collatione facta iuris antiqui & noui. ¶* Quod si porro postremo tradunt, in substitutione exemplari matrem non posse per patrem excludi successione, ergo nec in pupillari, quia ad exemplum eius exemplaris permittit, *l. humanitatis, de impub. C. consequentia decipiuntur.* Nam exemplaris quidem in certis pupillarem imitatur, sed non in omnibus, ut ex collatione amborum apparet, & ex diuersitate tractationis: neque vllum simile in aliqua est idem. *l. si idem, C. de codicill.*

## Quis possit substituere pupillariter.

## CAP. 20.

1. Pupillariter quis possit substituere, & sequen. & Falcidiam unam ex patris & pupilli testamento tantum sumi.
2. Filii institutio vel exhereditio causa praecipua testamenti patris.
3. Testamentum prius sibi patrem, quam filio facere debere, quomodo intelligatur.
4. Emendationes Pandectarum leuiter inculcatis.
5. Ordo scripturae quomodo in testamento pupillari seruandus, & in aliis.
6. Exhereditio filii quo loci testamenti fieri debet.
7. §. Prius. l. 2. de vulg. explicatio, per totum fere cap.
8. Pupillaris substitutio num possit fieri in testamento patris imperfecto.
9. Bonorum possessione rupto testamento conseruantur tabula pupillaris.

1. **¶** Qui substituere vult pupillariter, primam debet esse capacitationis aetate testamenti. Et qui quis testamentum impuberi facit, debet prius sibi facere, nec solum filio poterit. *l. 2. §. quisquis, & §. prius, de vulg. l. 1. §. 1. cod. §. liberis, de pupill. apud Iustin.* quia patris & filii vnicum est testamentum, l. patris & filii, de vulg. vna hereditas, l. paterfam. de prius. cred. vnaque Falcidia in utroque locum habet, iuxta l. in ratione, 11. §. quod vulgo, ad leg. Falcid. P. Et quamvis ratione effectus videantur quodammodo duo esse testamenta, alterum patris, alterum filii, tanquam si ipse

sibi heredem instituisse: verius tamen est, vnum esse testamentum duarum causarum, id est, duarum hereditatum. §. igitur, de pupil. ¶ Testamentum si hic cum dicimus, intellige perfectum, quod substituit, quod effectum aditione sortitur, quod iure fiat, *l. si retestamento, 7. C. de impub. solemnibus iuris seruatis, d. l. patris & filii, l. 2. de inu. rup. P.* Et proinde in testamento iniulto, ubi filius non est iuste exheredatus, aut institutus, sed preteritus, substitutio pupillaris facta non valet, *l. 2. §. sed si eos, circa prin. de vulg. P. vide inf. n. 9. de hoc laius.* tanquam omilla causa praecipua testamenti patris, quae versatur circa institutionem, vel iustam exheredationem filii. *l. inter cetera, de lib. & posth. §. 1. de exhered. liberor.* Quare irritum factio patris testamento, irritum fit pupillare & substitutio, ut si ex patris testamento non adeatur hereditas, *l. 2. §. adeo, & l. sed si plures, §. si ex asse, de vulg. P.* vel saltem pro adita non habeatur. *d. l. 2. §. plane, & l. si quis omis. caus. test.* Quia ex testamento, ex quo adita hereditas non est, nihil debetur. *l. si nemo, de testat. iure. P. l. filium quem in potestate, 20. §. sed cum exhereditio, de bon. poss. con. tab. §. 1. de hered. qua ab intest. de test.* Ideo si pupillus decedat, eius substitutus cogere potest heredem institutum adire hereditatem. *l. 2. §. inter dum, de vulg. l. nam quod, & l. cogi, ad Trebell. P.* Proinde nec si filii testamentum esse solene, nisi & paternum tale sit: quia sequela est & pars paterni, §. liberis, de pupil. nec potest paternum confirmare. *l. ex pupillari, 4. 4. & l. qui plures, 38. §. si de vulg. gar.* Neque accessorium principale confirmare potest. *l. quod per manus, de iure codicil.* Excepto pupillari testamento a mille iure militari factio. *l. miles ita heredem, & l. in fraudem, §. pen. de militari test. P. ¶* At si controuertitur hic inter interpretes, an pater prius sibi heredem, & postea filio faceret: an vero inuertere ordinem, ut prius filio, postea sibi facere possit: numne de substantia sit, non inuertere ordinem scripturae. Dubium natum est ex §. prius, l. 2. de vulg. qui contrarius sibi videtur ex aliorum sententia: in principio enim sic scribitur: Prius autem quis debet sibi heredem scribere, deinde filio substituere, & non conuertere ordinem scripturae. Et hoc Iulianus putat prius sibi debere, deinde filio heredem scribere. Ceterum, si ante filio, deinde sibi testamentum facias, non valere. Quae sententia Imperatoris nostri rescripto ad Iunium Lupum Britanniae praesidem, comprobata est. Porro in versiculo, Sed si quis, immediata sequenti dicitur, ut putant, contrarium, & filio prius substitui posse, responsum est his verbis: Sed si ita quis fuerit testatus, si filium meum intra quatuordecim annos decesserit, si uis heres esto: & deinde, filius heres esto, valet substitutio, licet conuersa scriptura filii testamentum fecerit. Et paulo post, ut non ordo scripturae, sed ordo successionis seruatur. Pro quorum responsum conciliatione, Accutius tres adfert vagos interpretationes. in d. §. prius, ad verbum comprobata. Prior, ut posterior, §. illius pars priorem corrigat, ut verius sit ordinem scripturae non esse spectandum. Quam tamen Bart. in d. §. prius, num. 1. improbat: eo quod, inquit, verisimile non sit, Jurisconsultum statim se voluisse corrigere. *l. non ad ea, de cond. & demonst. P.* Secunda interpretatio, agi in fine, §. prius, de aequitate, in principio de rigore iuris, & hanc quoque eodem loco, eadem ratione improbat idem Bart. Tertia sententia, ut prior pars §. prius, loquatur, quando substitutio pupillaris facta est filio exheredato: secunda vero, quando sit filio non exheredato, sed instituto, & hanc gloss. Barto. & Bald. approbant. Quia, inquit Bartolus, dum instituitur filius, siue primo siue secundo loco, non videtur ordo scripturae inuersus, habita ratione ordinis intellectus: contra, quando est exheredatus. Et proinde aliqui existimant, in §. prius, mendum esse, & textum omissionem pati, quod colligunt ex Vlpiani titulis, tit. 23. ubi verba haec: etiam exhereditio filii substituere licet. Et paulo post: Non aliter impuberi filio substituere quis heredes potest, quam si sibi quis heredem instituerit, vel ipsum filium, vel quemlibet alium. Ex quo loco videntur conseruatores, ut vocant, Pandectarum collegisse §. prius, sed errasse in coniungendis duobus locis, quemadmodum & arguunt eisdem inculcatae scriptae perperam repetitionis.

¶ Ceterum, si mihi istae reprehensiones collectionis Pandectarum nunquam placuerunt, potissimum ex centonibus illis ritulorum, qui adscribuntur Vlpiano, & sententiarum, quae adscribuntur Paulo, collectae. Nam nunquam ab intricatis sum ea esse genuina opera Vlpiani, vel Pauli, sed cuiusdam anonymi, ex Vlpiano & Pauli legibus collectanea. Et si sint, illa nihili facio in emendandis legibus in corpore iuris ciuili positas, utpote cum Iustinianus abrogauerit omnia scripta Jurisconsultorum, illis exceptis, quae in legibus Iustiniani translata sunt. *l. 1. §. iubemus, cum seqq. §§. de vet. iur. enuc. C. Atque expresse Iustinianus scribit ita, in d. l. 1. §. sed in*

hoc studium, in quo non emendatores peccant nominatim. Hoc est nihilominus obseruandum, si aliquid in veterib. legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris posuerunt, non recte scriptum inueniatis, (vos scilicet, quibus legum conditio & emendatio commissa est) & hoc reformetis, & ordini moderato tradatis, ut hoc videatur esse optimum & quasi ab initio scriptum, quod a vobis electum, & ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis, quasi vitiosam scripturam arguere audeat, &c. Sed & ad rem propius, neq; illa explicatio §. prius, de exheredatione placuit: quia extra textum, & diuinatoria est. Nec verbum in §. prius, de exheredatione: & proinde pro omisso consulto habendum est. l. si vero, §. de viro sol. mar. Imo ratio apposita in textu, cur ordinem scripturæ in hac substitutione inspicere oportet, nempe, quod patris & filii vnam sit testamentum, locum habet & in instituto & in exheredato filio: quia & exheredato substituitur filio, §. igitur, & §. liberis, de pupill. P. l. patris & filii, de vulg. P.

¶ Et in summa sic tres interpretationes glossæ & interpreti §. prius, ex fine eiusdem §. reprobantur, in illis verbis: *ut non ordo scripturæ, sed ordo successionis spectetur.* Igitur alia explicatio & quarta §. prius fit. Primam partem intelligi, si testamentum patris & filii fiant ex interuallo, & separatim, quod fieri potest. l. si quis enim, 16. §. si de vulg. P. tunc enim expedit primum sibi instituire heredem patrem, & postea filio: non eodē. Et ita §. prius, aperte docet: *Ceterum, si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere.* Secunda autem pars intelligitur, quando in continenti & vno contextu sibi & filio pater testatur: tunc enim nihil interest, quo ordine heres filio vel patri instituitur, dummodo vterque eodem contextu scribatur. Hæc enim præcorum obseruatio, ut superflua, sublata est in institutione ipsa, quæ caput est testamenti, quæ fieri debebat ex simplicitate antiquorum, initio, donec responsum & statutum est, nihil interesse quo ordine scriberetur heres, an in prima, an media parte testamenti, an post, an vero ante legata. l. 1. §. l. quo loco, 20. de hered. instit. P. §. ante heredis, de legat. apud Justin. Et in §. prius, quod de ordinatione dictum erat ante, per diuersitatem testamentorum explicatur postea. Alioquin quæ in condiciōenti fiunt, videntur inesse rei, et si ordine turbato scribantur: non si ex interuallo fiant. l. iuris sciētium, §. quini- mo, de pact. P. l. continuus actus, de ver. obli. l. heredes palam, de testam. P. Et omnia eodem tempore censentur facta secundum debitum ordinem intellectus, l. pen. de instit. restit. sub cond. fact. C. etiam in testamentis, l. cum in testamento, 37. §. hæc verba, de hered. instit. P. Et hoc modo scripturæ ordo inspicere non debet in eadem scriptura, quæ continet ea, quæ sua natura mutuo supponuntur & subordinantur: nec mutatus simpliciter ordo scripturæ, raurat causam iuris aut voluntatis. l. cum pater, 79. §. fidei tua, de lega. 2. l. nec ordo, 6. de solut. P.

¶ Sic & exhereditatio filii prior in testamento patris scribi potest, et si in ordine scripturæ nondum sibi instituerit heredem patrem. l. 1. de here. instit. Et tamen planum est, exheredationem filii institutione præcedente heredis patris pendere. l. filium, §. sed cum exhereditatio, de bonor. poss. con. tab. P. Et puto hanc sententiam veriore esse. ¶ Scio & tamen aliam, quinto loco aliquos comminisci, quod in §. prius, librariorum & excusatorum medium esse dicatur, in illis verbis: *Quæ sententia Imperatoris nostri rescripto ad Junium Lupum Britannia præsidem comprobata est.* Et putant calceographam imperitum, litteram I, inuersam, hoc modo, J, quod I, & M, significat, pro con. excusam: & ita pro comprobata affirmatiue, legunt improbatam negatiue. Sed istæ restitutiones mihi valde displicent, & suspectæ ignorantia sunt, quæ immutat mentem in contrariam sententiam: sic enim facile ex arbitrio quilibet posset scripta corrumpere. ¶ Sed & hæc omittamus, prosequamur institutionis causam, num vbi testamentum patris imperfectum est, quod tamen validum est inter liberos, l. hæc consuetissima, §. ex imperfecto, de testa. C. l. si. C. famul. ercis. l. parentibus, C. de iossi. testa. substitutio pupillaris in eo facta valeat. Cuius resolutio est perdifficilis, propter pugnantem in ea interpretum sententias. Communis namque dicitur opinio, quam sequuntur Bartolus, in l. 2. num. 3. de vulg. P. Paulus Castrensis, consil. 353. & alii, qui distinguunt, an qui substitutus est in eo imperfecto testamento sit de liberis testatoris, an vero extraneus, ut si sit de liberis, sustineantur tabule pupillares. Nam quia pater potuit in minus solemnibus testamento filios instituire, potuit & substituere, l. sed si plures, §. quos possunt, de vulg. P. Contra, si extraneus substitutus sit. Quia nec in testamento imperfecto patris, datio tutoris personæ extraneæ conseruatur. Accurs. in dict. §. ex imperfecto.

Quamquam possit datio idonei alio iure confirmari, l. peto, 71. §. mater, de leg. 2. Quando igitur retinebitur testamentum patris, retinebitur & testamentum filii, vt eius apper. dix. & sequela. ca. 1. de testa. in 6. l. ex pupillaris, de vulg. P. Atralia Aretini est sententia, qui sine aliqua distinctione, substitutionem in minus perfecto testamento patris sustineri scribit, siue substitutus sit de liberis, siue extraneus: quia substitutio pupillaris in fauorem filiorum introducta sit, l. si pupillus, in 1. de acquir. heredit. P. l. ex tribus, cum ibi: no. de inoffic. testam. C. sicut & dispositio §. ex imperfecto. Et proinde eius vtilitas, potius quam substituti qualitas inspicenda sit, l. 3. de lega. præstan. l. quia, §. Titio, de cond. & demonstr. cum causa principalis inspicere debeat. l. qui exceptione, de condit. in do. Idemque est iudicium eius, qui ministravit & cui ministratum est. l. non alius, §. 1. de iudic. P. Quæ tamen sententia Aretini pugnat expresse cum contextu §. ex imperfecto, dum ait, testamentum minus perfectum inter liberos corrumpere, in eo in quo persona extranea adicitur. Tertia porro opinio est Salyceti, in l. si testamento, C. de impube. existimantis §. ex imperfecto, & iura similia, loqui tantum de diuisione facta bonorum a patre, quam & facere potest in testamento etiam imperfecto, & alibi, quia non tractare de substitutione pupillari. Et ideo in casu nostro correcto, sequendas esse communis iuris regulas: vt pupillaris substitutio non valeat, nisi in dispositione patris solemnibus. Quod enim mutatum non est, cur stare prohibetur: l. sancimus, C. de testam. l. præcipimus, in fin. C. de appella. l. 2. C. de testam. iure. Sed & hæc sententia reicitur ex verbis d. §. ex imperfecto, qui generaliter loquitur de voluntate paterna in testamento inter liberos appositæ: & ideo generaliter sit intelligendus. Socinus autem cum alia distinctione resoluit, vt si extraneus pupillis substituitur, existantibus communibus liberis testatoris. Sententia communis Bartoli & aliorum verior sit, in imperfecto testamento illam substitutionem non recipi contra, si non existantibus substituantur: nam tunc veram Aretini opinionem. Ceterum, ego subscribo communi.

¶ At & maxima orta est quæstio, num, quia ex causa exheredationis vel præteritionis rumpitur testamentum patris quod pertinet ad institutiones, auth. ex causa, de libe. præter. C. rumpatur quoque, quod pertinet ad substitutionem pupillarem. In qua ommissis aliis interpretationibus breuiter dico, subsistere substitutiones pupillares aliis factas quam rumpentibus testamentum, quia, inquit §. siue igitur, verfic. si vero contigerit, vt cum de appella. cognosc. in auth. vnde sumta auth. ex causa: *Rupto eo modo testamento conseruantur tutelarum donationes, fidei commissæ, libertates, & alia capitula concessa legibus.* Et quia tutela conseruatur testamentaria, conseruabitur & substitutio: nam vtraque conspirat ad vtilitatem pupilli. Et eius etiam sunt sententiæ Paulus Castrensis: *ad fin. d. auth. ex causa, Bartolus in l. 1. de vulg. & alii, gl. fin. in d. l. 1. & ibi etiam Bald. Castrensis, Imola, Alex. Socin. Iason, de vulg. Haec assensu est resolutio, qua dicimus, quamuis testamentum rumpatur per bonorum possessionem contra tabulas, nihilominus conseruatur tabule pupillares. & legata relicta ab eorum substituto præstantur. l. ex duobus, §. vltim. & l. seq. eod. P. Quia rumpitur per bonorum possessionem contra tabulas testamentum, consideramus tantum auctoritatem prætoris, quæ non potuit iuris ciuiliis dispositionem omnino imitari, nec potest vere heredem, sed quasi heredem facere. l. 2. de poss. bon. petis. sublata, §. quos autem prætor, de bono. poss. Et ita ex prædictis apparet, substituere volentem pupillariter esse debere idoneum factorem testamenti, & re ipsa sibi & filio restari debere. 2. Exigimus, vt pater sit, & habeat filios, quibus substituitur, in potestate, eoque improberes. l. 2. de vulg. Quæ explicabimus Deo fauente mox proprio capite, quibus substitui potest.*

## De forma substitutionis pupillaris.

## CAP. 21.

- 1 Substitutionis pupillaris formula tractatur, & de expressa, tacita & mixta, num. 2, 3, 4.
- 3 Pupillaris substitutio expressa quando contineat, vel non, tacitum vulgarem.

Substitutio pupillaris formam accipit secundam qualitatem i adiectam, quæ est vel expressa, vel tacita, vel mixta ex vtraque, partim tacita, partim expressa. Expressæ formula est, quando in euentum acquiratur hereditas, & mortis, aut in euentum mortis duntaxat verbis expressis substitutio fit.

¶ His & vel similib. verbis: *Si filius heres erit, vel in pupillari etate deceaserit, Seius heres esto. l. qui liberis, & l. coheredi, §. fin. & l. pen. de vulg.*

vulga. P. §. 1. de pupil. Similia verba sunt, Si impubes decesserit, si priusquam in suam venerit tutelam decesserit. Sicut heres esto, l. si ita scriptum §. qui filio, de bo. poss. §. tab. Item, Quisquis mihi heres erit, idem impuberi filio meo heres esto, l. cum filio impuberi, §. et l. qui liberis, §. hac verba, de vulga. Quam expressam esse tenet Guillel. Bened. in c. Raynuitus, ad ver. si absque liberis, in tract. pupi. nu. 4. Atque si duo impuberes heredes filii reliquantur, & ita substituantur. Et qui supremus aut novissimus morietur, Titius heres esto, l. ex duobus, de vulga. l. qui duos, de rebus dub. P. Aut hoc modo, Si uterque impubes decesserit, Titius heres esto, l. pen. C. de impube. l. qui duos impuberos, de vulga. §. Tacita pupillaris habet formulam, sub vulgari expressa qua continetur, ut in l. iam hoc iure, de vulg. in l. quamuis, C. de impub. sicut & pupillaris expressa continet tacitam vulgarem, d. l. iam hoc iure. Nisi testator diuersum senserit, d. l. iam hoc iure, vel nisi pupillaris substituit seorsum facta est interduo a testamento paterno, ut fieri potest, l. si quis eum quem, §. 1. de vulga. Quo casu pupillaris non continet tacitam vulgarem, ut tractat lason, in d. l. iam hoc iure, col. 3. Item 3. si persona substituta esset tantum capax successione bonorum pupilli, & non patris, l. si quis, ut de vulg. P. Et 4. si exheredato substituitur pupillariter, l. qui habebat, eo. Quia tunc testator non censetur voluisse suam hereditatem ad substitutionem venire pupillarem per mediam personam filii, quem exheredauerit. Item 5. nec pupillaris tacita continetur sub vulgari expressa, quando substitutio facta est impuberi & aliis maioribus coheredibus, l. 2. §. l. quamuis, C. de impub. §. d. l. iam hoc iure. Baldus quatuor modis adhuc dicit tacitam pupillarem tradit, quem videtur, si cegas, Bald. in l. precibus, 6. oppos. de impub. C. & Guillelmum Benedictum, in c. Raynuitus, in ver. si absque liberis, in pupil. substiti. num. 91. §. Mixta pupillaris formula, est in reciproca contenta, ut in l. centurio, d. l. iam hoc iure, l. cuius, de vulg. Contendit tamen idem Benedictus, praed. loco, num. 71. non inueniri mixtam pupillarem, partim expressam partim tacitam quoad casus, quia tantum hae substitutio in vnum casum confertur, si filius intra aetatem pupillarem decesserit. Ideo cum vnum tantum casum habeat, nullum casum alium comprehendere potest. Quamuis diuersum sit in vulgari, in qua plures casus sunt, l. de vulga. l. l. cuius, de hered. instit. P.

## Quibus substitui possit pupillariter.

C A P. 22.

- 1 Pupillariter quibus substitui potest. Et sequen. num. 2. 3. 4. 9. Et c.
- 2 Arrogatio filii & adoptio quando substitui pupillariter possit. In legitimatio autem, nu. seq.
- 3 Heres capax successione quot temporibus esse debet.
- 4 Spiritus & naturalibus tantum substitui non potest pupillariter.
- 5 Pupillaris substitutio descendibus nepotibus sit in potestate constituitur.
- 6 Pater, cui interdictum bonis sit, non substituit pupillariter.
- 7 Pupillaris extraneo facta inutilis transiit in vulgarem tacitam, non in fideicommissariam.
- 8 Pupillaris substitutio intra minorem aetatem quam in pubertate fit, non ultra nec puberi facta iure fideicommissi valet.
- 9 Directa verba non obligantur communi iure, & quando obligantur in testamentis.
- 10 Pupillaris continet vulgarem tacitam.
- 11 Pubertate maiori spatio quam iuris prorogata, num impuberi substitui possit pupillariter. Et seq.
- 12 Pupillaris substitutio moribus introducta, & moribus emendari potest.
- 13 Pubertas quo iure determinata est.
- 14 Pupillaris substitutio non propter defectum generandi inducitur solum.
- 15 Pupillaris fieri tantum potest filius in potestate constituitur.
- 16 Mater filio pupillariter quare non substituit. Et intra quod tempus pupillaris per matrem facta obligatur. nu. 19.
- 17 Matres non habent in filio patriam potestatem.
- 18 Exemplaris substitutio cur potius matri, quam pupillaris permittitur.
- 19 Sexus masculini & femini in quibus sublati differentia.
- 20 Pupillaris substitutio etiam in Gallia a patribus tantum, non matribus fit.
- 21 Pupillariter non substituitur heretici, Iudei, & ethnici. num. 25. Et 26.
- 22 Pater qui nihil habet substituit pupillo suo potest.

- 27 Exheredatio bona & mala mente quomodo fiat.
- 28 Legitima filii quando fideicommissio onerari nequit.
- 29 Fideicommissum quando, & quomodo imponi potest heredi filii a patre.
- 30 Praeterito filio cur substitui pupillariter non possit. Et num in nepote praeterito instituto filio emancipato idem sit, & num iure nouissimo id correctum, disputatur. Et nu. 31.
- 31 Praeterito matris pro exheredatione, differt a praeteritione paterna filiorum.

Non tamen quemadmodum in vulgari cui libet substitui, ita & in pupillari potest. Sed tantummodo liberis, impuberibus, & in potestate constitutis testatoris. Et in primis necessarium est eos esse naturales & legitimos liberos, seu filios testatoris, l. 2. de vulg. P. §. liberis, de pupil. §. Nec tamen interest cuius sexus sint. Extraneis vero non substituitur pupillariter, §. extraneo, de pupi. §. Si tamen legitimi tantum sunt per arrogationem filii, obseruatur, ne ultra quam pater arrogator dedit filio arrogato impuberi, substitui possit, sed si plures, §. in arrogato, de vulg. l. si arrogator, de adopt. propter cautionem interpretatam, in arrogatione, de restituendis bonis impuberis, proximis, si is in ea aetate moreretur, l. non enim aliter, §. 18. Et l. hac autem, l. si iustitio, 20. de adopt. P. §. cum ante, co. tit. ap. Iustin. Quamuis in adoptatis paulo aliter distinguendum, ut si adoptatus non adoptetur a coniuncta persona, ei non possit illo modo substitui, quia is qui in patris naturalis est potestate, datus in adoptionem extraneo, non transiit in eius adoptantis potestatem, sicut arrogatus sui iuris existens antea: contra, si adoptatus talis sit, ut in eius potestatem adoptatus transeat, l. cum in adoptiuis, C. de adoptio. In legitimatis autem, num substitutio pupillaris admittatur: Alciatus, l. 2. nu. 5. de vul. ubi citat eius sententiam S. Narsarium, & Galianiam, quos ait fuisse l. Consultos, contra Paul. Cast. in d. l. 2. sententiam adiicit, posse quidem legitimo impuberi extraneo substitui: sed si legitimatio post mortem patris improbitur approbetur, dixit conualescere substitutionem. Castrensis contra. Et mea sententia melius, quia post mortem patris nulla habita legitimatio, non potuit patre mortuo reuiuiscere. Neque quod nullum est, confirmari potest, c. quia diuersitatem, de concess. prob. c. fin. de confir. vul. vel inuis. Sed nec voluntates ultimae suspendi possunt, sicut viuendum, l. si §. si. com. pradio. P. adueniente namque die, legatum vel dispositum statim valet, vel infirmatur. l. cum filius, §. 8. §. seruus, de lega. 2. l. 2. in fi. de donat. cau. mor. Et capacitas heredum tribus temporibus, testamenti mortis testatoris, & aditionis, exigitur in extraneis, §. in extraneis, de hered. instit. apud Iustin. l. si alienum seruum, 49. §. in extraneis, eod. P. In suo saltem tempus mortis inspiciendum testatoris, §. sui, de hered. qua. Et differ. Quo tempore hic legitimatio nulla inueniatur. Et ita ab initio hac necessario capacitate requisita, & non interueniente, quod ab initio non valuit, actu sequente reparari non potuit, leg. quod sponse, de donat. ante nupt. P. leg. quod ab initio, de regulis iuris P. deficiente persona quae ratum habere possit, testatoris videlicet.

Atque explorati iuris est, naturalibus tantum liberis non posse pupillariter substitui, l. Lucius, §. 5. Et ubi glo. in ver. naturalem, de vulg. Multominus spiritus nostri temporis, qui tale privilegium non habent, quale naturales olim approbati propter receptas concubinas, l. 1. de nat. liber. C. Quia nec certum patrem habent, in cuius dicantur esse potestate, & matrem sequuntur, §. si aduersus de nupt. ap. Iustin. l. vulgo concepti, de sta. homi. P. §. vulgo quassos, de succ. cogn. Neque filii in potestate patris esse possunt, nisi ex legitimis nuptiis procreentur, §. i. de patr. pot. l. Paulus, de sta. homi. P. Ceterum tamen in hac pupillari substitutione, quae liberis naturalibus & legitimis fit, intelligimus liberos esse, non tantum filios primi gradus, sed etiam nepotes, & inferiores, si sublati filii sint in aui potestate, l. liberorum, de verb. sign. §. fin. qui testam. tu. o. dar. poss. Item posthumos, qui, quod pertinet ad eorum commodum, pro natis habentur, l. qui in viro, de sta. homi. & continentur appellatione filiorum, §. si quis testam. tu. o. da. poss. §. Singulare tamen vnum & notabile monet Bartolus, in l. 2. num. 23. de vulg. contra quem plures sentiunt interdictione, conciliat Gu. Bened. in ver. abique liberis, in pupillari, nu. 62. 63. 64. patrem non posse liberis suis pupillariter substitui, si eius utilitas esset, ut ei venienti administratio bonorum filii & suorum interdicta esset, probat l. si §. quibus, de sent. pas. C. l. si cum dose, §. eodem tempore, sol. matri. P. quia necis sibi testamentum facere potest, l. si cui bonis de test. Inferunt quoque ex superioribus, extraneis impuberibus non posse substitui pupillariter: verum si de facto fiat, illa valere poterit iure vulgari, & casus

pupillaris expressus continebit tacitam vulgarem, & vitio exp-  
presso non vitabitur tacitum, ita tueretur Bart. nu. 57. post Guillain  
l. 1. de vulg. P. Bald. cons. 114. vol. 3. & cons. 140. volum. 1. facit l. si fide-  
missor, de leg. 1. l. fin. de hered. inst. C. vt in aliis quibusdam iuris ad-  
mittitur articulis, l. 1. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Et quia tunc  
peccatum est ratione materie non perfecte dispositæ, cui adicie-  
batur forma, scilicet ratione personæ cui fiebat, forma aliqua, quæ  
poterit suscipi a materia, supererit: & ita valebit meliori iure, quo  
valere poterit, l. si vnus, §. si acceptilatio, de pact. P. Et proinde no-  
tabiliter responderunt Bartolus & Baldus, in prox. cit. locis, ex-  
pungendam esse gloss. extraneo, de pupilla. quando tradit pupilla-  
rem factam extraneo, transire in fideicommissariam, quod falsum  
est, cum transeat tantum in vulgarem.

9 Ergo liberis substitutio tantum pupillaris fit: sed eos rursus  
oportet esse impuberes, leg. 2. §. 1. de vulg. §. masculo, de pup. apud  
Iustin. Siquidem per eam introductum est, vt pater pro filio, qui  
in ea ætate est vt ipse testari non possit, pro eo habeat licentiam  
disponendi, §. 1. eod. l. qua ætate, de test. P. quia causa cessante, & æ-  
tate pupillari transeunte, cessat effectus seu potestas substituendi,  
argum. l. adigere, §. quæuis, de iur. patro. c. cum cessante, de appellat.  
Et in vltima die ætatis 14. annorum in masculis, 12. in feminis ex-  
spirat illa substitutio, non ante ex propria natura, l. in pupillari, §.  
l. 2. de vulg. quia non nisi illa die incipit dari potestas testandi per  
se, d. l. qua ætate. Quamquam & minori ætate possit expirare, si  
pater breuius tempus, quam impubertas sit, adiecerit, l. si quis  
substitutus sit, §. l. qui plures liberos, in 2. l. ex factis, §. item quare,  
de vulg. P.

10 Nam tempus pupillaris substitutionis, in arbitrio est testa-  
toris, quod pertinet ad restrictionem, non autem quod pertinet  
ad prorogationem: veluti, vt possit substituere pupillo, si intra se-  
ptimum aut nonum, aut decimum tertium annum mortuus fue-  
rit: non autem, si vltra 14. 15. &c. Adiecto enim tempore minori,  
eo finitur, sed si maior adiciatur, ætate pubere finitur, d. l. in pu-  
pillari. Quin, quod notabile est, si maiori & puberi facta fuerit pu-  
pillaris, ea non valebit etiam iure oblique substitutionis, id est,  
non valebit iure fideicommissi post ætatem puberem, Bart. in l. ver-  
bis cum vult. num. 7. & alibi inibi. de vulg. factis l. centurio, eod. titu.  
Nam cum pubertatem substitutio pupillaris non egredietur, non  
potest ea incipere, qui, qui distinguant. Num testator, dum substi-  
tueret pupillariter, sciuerit esse puberem, & illam adiecit condi-  
tionem, si in pupillari ætate decesserit: nam tunc, vt aiunt, condi-  
tio impossibilis, quam testator putauerit possibilem, vitiat dis-  
positionem, vt in l. seruo manumisso, §. 8. de cond. inde. Si vero igno-  
rauerit, putant tunc pupillarem trahi ad fideicommissum, quod  
verba directa obliquantur, per gl. in d. verbis cuiuslib. de vulg. Sed  
hæc distinctio non placet. Nam etsi pater ignorauerit esse filium  
puberem, tamen adiectio conditionis, si intra pupillarem ætatem  
decesserit, &c. satis mentem exprimit fuisse testatoris, pupillarem  
tantum voluisse facere. Et proinde, qui non potuit quod voluit, &  
qui noluit quod potuit facere, efficit vt actus alio iure, l. de mi-  
no. 25. an. P. Neque etiam prohibitum est, statuta a personis & re-  
bus ad similia extendere, ex similitudine rationis, Barr. in l. omnes  
populi, §. q. princ. vlt. item quare, de iur. & iure, potest quum si sint  
faciabilia, late de istis Bald. in l. non dubium, C. de legi. Ergo reman-  
et in statuto, quo pupillaris ætas prorogatur vltra 14. ann. vsque  
ad tempus prorogatum, quo quis disponere possit, substitutio-  
nem pupillarem prorogari. Quia præcipua ratio est pupillaris sub-  
stitutionis, quod sibi propter ætatem pupilli testamentum facere  
non possit, §. 1. vlt. nam moribus de pup. l. Et tales esse præsumit  
statutum, quod pupillarem prorogaret ætatem. Sed hæc de impu-  
bertate hæcenus.

11 Nec verba mere directa obliquantur in testamento com-  
muni iure, l. centurio, §. l. verbis cuiuslib. de vulg. P. quanquam in  
codicillis, propter naturam eorum, quod directis illis non detur  
hereditas, leam quam, C. de fideico. l. non codicillum, C. de codic. cum  
similib. aliquando obliquantur, l. ex factis, §. l. Scævola, ad Treb.  
12 P. q. Admitterem forma extensionem directæ pupillaris expre-  
sse, ad vulgarem directam tacitam, tanquam sub ea comprehendam:  
sicuti in casu substitutionis quo posthumus nasceretur, vt in  
lab. exheredati substituto, §. 29. §. fin. & ibi Ioan. ab Imo. de leg. 1. And.  
Barba. in rep. c. Raynurus. colla. Si mater substituit vulg. Bart. in l.  
13 verbis cuiuslib. nu. 7. de vulg. Boer. decis. 28. num. 15. Ceterum si hic  
queri solet, si per statutum municipale cautum sit, vt pupillaris æ-  
tas duret vsque in 20. annum, vel vt minor non possit testari, nisi  
in 20. Num huiusmodi substitutio facta pupillo vsque ad 20. an-  
num, vel alium adiectum statuto, prorogatur: possitne pater vsque  
ad illud tempus pupillariter substituere. Et certe Bart. & Alex. rati  
sunt, hic non posse pupillarem recipi. Contrarium autem defen-

dunt Baldus & Cumanus. Referam quæ Bartolum mouere po-  
tuerunt, sed refellam statim, cum Baldum sequar. Prior ergo Bar-  
toli sententia ratio dari potest. q. Quod pupillaris substitutio  
speciali iure recepta est: & iura singularia, vt contra iuris præce-  
pta inducta, extendi non debeant, l. quod vero, de legib. P. d. de con-  
stit. prin. c. 1. de fil. presbyt. Et olim cum hæc porrigebatur erat ad exem-  
plarem, opus erat principis rescripto, lex facta, de vulg. Sed hæc  
ratio seipsum reprobat. Nam matris inducta est substitutio pu-  
pillaris, l. 2. eod. moribus ergo emendari & amittit aliter potest, l.  
de quibus, de legib. P. Atque quod olim rescripto impetrabatur de  
exemplari, iure communi receptam est, sine rescripto, ex simi-  
litudine rationis, l. humanitatis, C. de impu. Et quia favore pupillo-  
rum recepta est substitutio, eodem favore prorogari tempus po-  
terit: vt etiam in iure aliquando eorum matris ætas pupillaris ad  
18. annum prorogatur, l. Mala ait, de adm. & sib. leg. 2. l. b. 3. §. 1. i. i.  
1. §. minorem, de adopt. Alia ergo ratio danda. q. Secunda ratio,  
quod statutum municipalis lex est, & mos pro lege habetur, d. l. de  
quibus. leg. omnes populi, de insti. & in l. magistratus, ad municip. P.  
c. 1. de constitut. in 6. Porro, lex bona debet esse secundum natu-  
ram, c. ceteri autem iux. 4. dist. Contra naturam autem esse videtur,  
vt quis sit pubes & impubes, & diuerso iure, vna eadem res cæsa-  
tur, l. eum qui ados, de usus. P. Cuius rationis reiectio pendet ex eo,  
quod pubertatis annis mensuram accipit, non natura: quia inter-  
dum quis citius, interdum tardius pubes vere est, cum tralitia sup-  
pleat ætatem, c. puberes, & caput. de illis, c. vlt. de despon. impub. Sed  
a iure ciuili, & honestatis, quod sublati nudatione corporum, vi-  
sum fuerit eam ætatem pubertati constituere, in qua vt plerumq;  
quis pubem & lanuginem, & potestatem generandi habet, l. si quan-  
tum, vel cur. esse desi. §. 1. quib. mod. ius fin. Proinde, statutum poterit  
hanc iuris communis determinationem esse, statuta prorogare, vel  
minuere, secundum naturam hominum in prouinciis naturam,  
quorum alumni alicubi citius proceres fiunt, quam alibi, vel tar-  
dius mentem habent. Itaque ciuile, aliud ius ciuile tollere potest,  
d. c. 1. de constit. in 6. c. eus, de cap. demin. cum sim.

16 Tertia autem ratio erit, vt dicat substitutionem pupilla-  
rem non tam respectu ætatis, quantum ratione impotentie ge-  
nerandi liberos in pupillo existentis introductam, quia non potest  
in ea ætate habere liberos, qui sibi successuri sint. Video pater illi  
der heredes, sicut de exemplari resp. ius est, lex facta, de vulg.  
Quare, inquit, licet minores 25. an. statuto testari non possint, tam-  
en ob eam rationem pater non poterit substituere pupillariter.  
Ad id potest, quod statuta non recipiunt interpretationem exten-  
sivam, sed declaratiuam: exemplo eorum, quæ iuris str. & sunt, l.  
quicquid astringenda, de verb. obl. P. quæ non extenduntur ad casus  
non expressos, vel similes personam vbi verba cessant, Bald. in l.  
illam, 1. collatio. de colla. C. & in l. si defunctus, in 1. col. vlt. & idcir-  
co fin. & in leg. fin. circa prin. de suis & legit. C. At & hæc ratio elidit-  
tur, quod substitutio propter liberos, qui suscipi possunt intro-  
ductæ non sunt, nam & liberi, vt dictum est, etiam intra 14. an-  
num suscipi possunt: & tamen non ideo impediatur iure intra 14.  
annum, neque suscepti liberi defectum suppleant ætate, l. de mi-  
no. 25. an. P. Neque etiam prohibitum est, statuta a personis & re-  
bus ad similia extendere, ex similitudine rationis, Barr. in l. omnes  
populi, §. q. princ. vlt. item quare, de iur. & iure, potest quum si sint  
faciabilia, late de istis Bald. in l. non dubium, C. de legi. Ergo reman-  
et in statuto, quo pupillaris ætas prorogatur vltra 14. ann. vsque  
ad tempus prorogatum, quo quis disponere possit, substitutio-  
nem pupillarem prorogari. Quia præcipua ratio est pupillaris sub-  
stitutionis, quod sibi propter ætatem pupilli testamentum facere  
non possit, §. 1. vlt. nam moribus de pup. l. Et tales esse præsumit  
statutum, quod pupillarem prorogaret ætatem. Sed hæc de impu-  
bertate hæcenus.

17 Sequitur si nunc, vt 3. loco doceamus, liberos, impuberes, in  
potestate esse patris debere substituere pupillariter, & aliter non  
admitti substitutionem, l. 2. §. quod sic, de vulg. §. 1. & fin. de pupil. l.  
testamento, C. de impub. in potestate inquam patria, non alia, quæ  
multiplex est, l. potestatis, de verb. sign. in qua non admittitur substi-  
tutio. Ideo tator non potest pupillo substituere, in quem habeat  
aliam potestatem, quam patriam; l. de iur. P. §. 1. eod. Non mari-  
tis vxori, quæ ius eam habeat in potestate, Genes. 3. & Petr. c. 3. h.  
hac imago, §. 9. 5. Non pater emancipato. Quia & post emancipa-  
tionem, pater amissa vel remissa potestate, & eius commodis, sit  
tantum filii impuberis legitimus tutor, §. 1. de fiduciari. iur. Thonm  
§. 1. eod. in Insti. iur. ciuili. & in §. 1. de legi. pat. iur. Item, si postli-  
berationem a patria potestate, quæ pluribus modis contingit,  
101.



is substitutus sit, sub qua pater ei filio poterat substituere. Atque etiam tunc substitutio illa fideicommissaria, finitur cum pupillari ætate, l. plane, 2. de lega. 1. l. si pupillus, 2. respo. Quare si filius exheredatus sit, cum nihil ex iudicio defuncti peruenerit ad substitutum, nec impubes, nec substitutus grauari possunt relictis, si de acq. her. l. coheredi, 40. §. cū filia, de vulg. P. l. i. cū seq. de leg. 3. leg. ab exheredati, 30. 12. 6. de lega. 1. l. pater, de vulg. l. cū quidā, C. de lega. ¶ Sed quæritur, num præterito filio, quemadmodum exheredato, pater substituere pupillariter possit. Et placuit non posse. Quia præterito filiorum reddit ipso iure testamentum nullum, l. i. §. l. filio præterito, l. posthumi, de iust. r. p. l. inter cetera, de lib. & posth. P. Quamobrem, cum testamentum patrum corrumpatur, & substitutio pupillaris sit accessorium & sequela paterni testamenti, non poterit ipsa sustineri, l. 2. §. adeo, & l. ex pupillari, de vulg. P. Ex nihilo enim nihil sequitur. Quod intelligendum venit, si de præteritione conqueratur filius: nam si testamentum patrum ipse per se vel cum tutoris auctoritate approbauerit, & renunciet iurandi & dicendi testamentum, d. l. filio præterito, in fine, facit l. i. ad pupillum, de aucto. tuto. P. Barb. in l. 2. num. 2. de vulg. Potest enim renuntiare filius suo privilegio, l. si quis in conscribendo, de pati. C. de episc. & cler. neque volenti fit iniuria, l. nemo videtur, de reg. iur. P. l. venditor. C. de rei vindic. l. cum donationis, C. de trans. Et privilegium agendi non præstat impedimentum, quod non fortitur actionis effectum, & Angel. in l. 2. de vulg. P. Quamquam in contraria sententia sit Angelus, Barr. & alii post illum, in l. Gallus Aquilius, §. & quid si tantum, de liber. & posth. quem tamen non sequuntur reliqui interpretes. Sed & tradunt, §. 1. §. nullam, de heredi. ab intest. veni. ut si auius substituerit nepoti suo impuberi, in potestate remanente emancipato filio, eo casu præteritione nepotis, si filius emancipatus fuerit institutus, non vicietur substitutio: quod hodie nullum, non ideo dicitur testamentum sublata differentia potestatis & emancipationis, quod pertinet ad successionem, l. meminimus, §. cum igitur, de legi. her. & emancipatus instar suorum succedat, auth. ex causa, de libe. præter. emendato titulo, de coniungendis cum emancipato liberis.

¶ Ceterum, ¶ non modica est difficultas, num hoc tantum verum sit iure Pandectarum, an vero correctum sit iure nouissimo, quo ex causa præteritionis seu exheredationis, rumpitur testamentum, tantum quod pertinet ad institutiones, ceteris firmis manentibus. Nam communis interpretum dicitur esse sententia, Alexan. Areti. & alii, in l. 1. §. fin. de vulg. corrigi per authent. ex causa, de lib. præter. C. l. filio præterito, de iust. r. p. Neque hodie præteritione testamentum nullum dicitur: sed iisdem rationibus, quibus sustinetur exheredatione facta pupillaris, sustineri quoque in præteritione. Contraria tamen verior est sententia: neque auth. ex causa, aut §. Nouellæ, unde sumta est, de præteritione paterna loquuntur, ex qua nullum fit testamentum: sed de materna præteritione. Nam §. aliud quoque capitulum, ut cum de appell. cognof. ex quo verba illa auth. ex causa, præteritionis vel exheredationis, sumta truncati sunt, meminit primum de utroque parente, matre & patre, & statim prohibet, ne illi prætereant vel exheredent filios siue causa: referendo præteritionem ad matrem, quæ proprie non dicitur filium exheredare, & cuius præteritio pro exheredatione habetur, §. mater, de exher. libero. Sic enim scriptum in illo §. aliud est. Sancimus igitur, non licere penitus patri vel matri, aui vel auie, proaui vel proauiæ, summi filium vel filiam, vel ceteros liberos præterire, aut exheredes in suo facere testamento. Et ita ibi glo. in ver. præterire, explicat, Sic etiam tuetur Petrus, Bar. Dyn. in dist. magna, ad l. Gallus Aquilius, de lib. & posth. fac. Butrig. Paul. Cast. ad d. aui. ex causa, de lib. præter. C. Et in §. siue igitur, eiusdem Nouellæ, Iustinianus, qui tradit rumpi tantum testamentum quoad institutiones ex causa exheredationis tantum meminit, non de præteritione patris. Nec est alius textus in ea Nouella, qui dicat, præteritione patris non fieri nullum testamentum, sed tantum ex causa exheredationis patris irritum fieri, quod pertinet ad institutionem & causa quoque præteritionis matris, quæ pro exheredatione, ut dixi, habetur. Et Raphael existimabat hanc interpretationem esse veriore authenticæ ex causa sicut inquit, Existimabat Deum esse in cælis, ut refert Paulus Cast. ad d. authent. Ceterum, communem opinionem tenendam in iore. Ego autem quequid fori subfella reclamant, tenendam iam explicatam a me mentem authenticæ & sequendam puto: neque imitandas nobis Palamedis aues, quæ se mutuo sine ratione sequuntur.

¶ §. 50

### Anacephaleosis pupillaris Substitutionis Effectus, Rationes, & Modi extinctionis eiusdem.

C A P. 23.

- 1 Pupillaris substitutionis totius anacephaleosis: qua in ea requiritur, effectus, rationes, num. 2. 3. 4.
- 2 Hereditas tribus modis pro adita habetur.
- 3 Patris in filiorum personam & bona, maxima potestas.
- 5 Pupillari substitutioni aduersantes rationes submotæ, §. 7.
- 8 Pupillaris substitutioni quibus modis expirat.
- 9 Religiosis ingressis quando tollas pupillarem substitutionem.
- 10 Professio religionis verita in Gallia ante 25. & 20. annum: & ante professio disponant in fauorem aliorum, quam monasterii.
- 11 Pupillaris num expirat mortuo filio ante patrem.

¶ In gratiam eorum, qui breuioribus delectantur, ex superiori- bus excusis colligemus paucis: primum, quæ requiritur in substitutione pupillari: 2. effectus, propter quos inuenta: 3. rationes quare recepta: 4. ut ea intereat. ¶ Igitur substitutio pupillaris no- uem exigit. 1. Ut qui substituit, factionem habeat testamenti, & si- bi condat & filio, l. 2. §. prius, de vulg. 2. Ut testamentum substituit, & nullum non dicatur præteritione, ut sit institutus vel exheredatus filius, d. l. 2. in pri. 3. Adeatur hereditas ex testamento patris, d. l. 2. §. pen. ver. adeo, l. si nemo, de reg. iur. vel pro adita habetur, id est, adueniat casus, qui pro aditione habetur: ut nomen nudum heredis, l. ex duobus, §. fin. de vul. aut sitas, l. paterfamilias, de priuileg. cred. l. si filius qui patri, de vulgari. l. filius qui se paterna, de acqu. her. aut edictum si quis omnia causa testamenti, d. l. 2. §. plane, de vulg. 4. Ut is cui substituitur, sit de liberis, d. l. 2. §. 1. & §. liberis, de pupil. 5. Fiaris potestate substituentis constitutus, d. l. 2. l. precibus, de impub. C. si pater, de test. in 6. 6. Qui post mortem substituentis sui iuris efficiantur, nec sint recasuri in alterius potestatem, d. l. 2. & l. coheredi, §. cum filia, de vulg. 7. Ut sint liberi impuberes, d. l. 2. de vulg. 8. Nec fiat substitutio ultra ætatem impubere, l. in pupillari, eod. 9. Ut substitutus possit & velit pupilli hereditatem accipere, l. precibus, §. si vero, de impub. C.

¶ Effectus ¶ pupillaris substitutionis sunt, primum, ut excludat omnes venientes ab intestato & matrem, ut præcedenti capite docuimus, l. si testamento, & d. l. precibus, eod. 2. Ut pupillus mortuatur testatur, §. 1. de pupil. 2. in fine, & l. patris & filii, de vulg. P. 3. Ut in pupillari expressa, contineatur vulgaris, l. paterfamilias, §. glo. in l. 1. eod. & nos superiori c. 4. Ut quos pater possit sibi heredes facere necessarios, possit & filio, l. 2. §. prius, ver. constat, & l. sed si plures, §. quos possum, de vulg. P. 5. Ut qui hereditatem pupillarem adiuuit, si pupillus patris heres sit, cogatur & adire paternam: & contra, l. quidam elegio, de iure delib. C. l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulg. P.

¶ Rationes ¶ porro substitutionum pupillarum plures sunt, 4. aliquas refero: 1. Quia reipub. interest ne quis re sua male vtatur, l. 2. de iis qui sunt sui vel alieni iur. l. de cura furio. Itaque ne hoc accidat minoribus, recte lex permittit patri dispositionem bonorum filiorum impuberum, qui multis captionibus expositi sunt, l. de mimo. 25. an. Et melius est occurrere ante laetiam, quam postea illis auxilium concedere, l. fin. in quib. cau. rest. in integ. non est neces. Præsumit autem lex, patrem ita prospicere filio de herede vitio- liore, qualem ipse filius, si compos mentis esset, sibi eligeret, propter affectum naturalem patris in liberos, quo nullus maior præsumitur, l. fin. de cura furio. l. si quidem, de eo quod met. cau. 2. Filius minor, vel dicantur ratione naturali, præsumitur consentire voluntati patris, l. 2. §. fin. sol. matr. P. Ut vox patris pro voce filii, & contra, habetur, §. et vero, de iusti. stip. si pro eadem persona, l. fin. de impu. Parque patris filius, ut ideo acquirat omnia patri, iure potissimum Pandectarum, l. placet, de acq. hered. & hodie, vsum fructum aduentitiorum, l. cum oportet, de bon. que li. C. §. 1. per quas person. acquir. Ut contra filius iam etiam viuentem patre, quodam modo dominus rerum paternarum censetur, l. in suis, de libe. & posth. P. l. in suis, de suis & leg. hered. P. Recte igitur ratione tantæ coniunctionis bonorum & personarum, pater pro filio testabitur impubere. Quando etiam maxime pupilli interest, habere herede- dem, l. & quia, de inter. act. in P. Et qui impugnat substitutionem pupillarem, videtur impugnare utilitatem pupilli, l. si pupillus, 4. de acq. hered. P.

¶ Tertia, ¶ cui licet quod plus est, & quod minus est multo magis licere debet, l. non debet, de reg. iur. ca. cui licet, eod. in 6. l. si legato, de man. test. At parentibus potestas maxima in filios & olim concessa

concessa & nunc est, vt & necis habere potestatem, *l. si. C. de pat. pot. Dio. H. l. in 2. & nos atibi in pat. pot.* hodie autem & in vita, & post mortem perioze filii habere curam. Nam de ea post mortem quoque disponunt, cum testamento possunt dare pupillis, etiam inuitis, tutores, *l. l. certarum. 12. & l. quia persone, de testa. in re. P. §. certis, §. permissum, de tutel.* videlicet, vt prælumit lex amicissimi. Multo magis licebit eis de filiorum bonis testari in fauorem eorundem. *Quin & lex permisit patri, filiae destinare maritum, vt voluntas post eius mortem feruetur, l. si pater pactum, C. de sponsa. Pluris autem est persona, quam bona, l. sancimus, 17. de sacrosan. eccl. C. §. Ex* † quibus rationes omnes, quæ aduersum pupillarem substitutionem obici possunt, submoventur. Siquidem quia potestas efficit patri, vt pater & filius pro eadem persona sint, & bona filii censentur patris, eademque voluntas, pupillare testamentum non tam filii quam patris censetur: neque pendere dicitur ex alieno arbitrio, non vllum odium sequitur, sed fauor pupillorum. *7* In de decedentium cum testamento. *¶* Neque etiam verendum est, quod herede instituto filio, is possit in fidiari pupillo: vt in *l. Cicero, de pen. in P.* Quia ea ratio & cum locum habeat in testamētis, non potuit testamentum improbare: nec propter abusum, qui aliquando potest ex bonis rebus ab improbis committi, res ipsas bonas improbare: nō ob adulterium, matrimonium: nō ob incestum, castitatem vestalium: nō ob tyrannidem, regnum, &c. Sed & potest pater testator in fidiis occurrere, si metuat de salute pupilli, obgnando tabulas pupillares iubendoq; ne resignentur, nisi aut pupillus intra impubertatem decesserit, vel in suam tutelam venerit, *Causus lib. poster. Institur. civil. tit. 5. Iustin. in §. fin. an. 8. item quis, de pupil.* *¶* Exspirat † porro pupillaris substitutio, modis qui colligi possunt ex tractatū superiore capite. 1. Ex parte instituentis, si testamentū patris nō sustineatur: puta quia ipse intestabilis, vt in *l. lex Cornelia, de sic. l. leg. Cornelia, eo.* quia præterit filiū filio præterito, de inu. rept. *Nos de hoc, ca. proximo.* vel si alio modo cotruat. 2. Extinguitur ex parte pupilli, si pupillus desinat esse in potestate testatoris, vel quia viuente patre sit sui iuris, *l. coheredi, §. cum filio, 2. resp. de vulg.* vel moriatur ante patrem, vel pendente vita patris efficiatur pubes, *§. masculo, de pupill. in pupillari, de vulg. P.* vel post tempus substitutionis appositum pupillati breuius, quam pubertatis, moriatur, *l. si quis ita, §. l. ex factis, §. quero, eo.* Aut si intra ætatem pubertatis designatam, liberis susceperit: nam tunc liberi excludunt substitutionem, *d. l. in pupillari, eod.* propter rationē præstationis voluntatis testatoris, quæ non præsumitur voluisse præferre alienam successionem proprio soboli, *l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. cum auus, de cond. & demon. P. l. generaliter, §. cum autem, de instir. sub cond. fact. C.* Item, quod filii inueniuntur præteriti, dum agnoscuntur post testamentum patris pupilli. Fieri autē potest, vt & impuberes aliquando generent, vt prope malitia supplente ætatem, vt nos in *glo. in c. de del. puero, c. 9. de despo. in pub. vide Guill. Bened. in cap. Raynuius, ad verb. si absque liberis, in 114.* Tertio, ex parte substituti extinguitur, si in incapax succedendi sit: puta, si deportatus, si præmoriatur pupillo, *l. uni, §. pro secundo, de ca. toll. l. si ex pluribus, de ius, §. legi. her. l. Lucius, §. Paulus, de vulg. l. iouis, de acqui. hered. vel si repudiet hereditatem, *l. precibus, §. pen. de impub. C.* Item 4. si conditio adiecta substitutioni non impleatur, *l. qui liberis, de vulg. P. §. 5.* Finitur † per ingressum, & professionem religionis impubers, factam ex dispensatione summi pontificis, *Guill. Bened. in d. c. & d. loco, num. 113. & 114.* Et monasterium est loco filii, *communis opinio, in c. in presentia, de prob. §. sed & hoc presentis, de sanct. episc. in auth.* Et quod operatur mors naturalis in substitutione pupillari, id operatur mors civilis, *l. si quis ita, §. fin. de lega. 2.* monasterii que ingressus, qui pro mortuo reddit ingrediens, *l. Duo nobis, de episc. & cler. C. §. illud, de mona. in auth.* dummodo monasterium capax sit possessionis bonorum in communi. Alioquin enim, si nec in communi, nec proprio possit possidere, veluti monasteria mendicantium, vt in *cl. ex ius, de verbor. signif. non monasterio, sed substituto quaruntur bona, ingresso & professio religionem impubere: petinde ac si in ætate pupillari mortuus esset, Guill. Bened. in proxi. c. ca. 100, in 13.* Quod si non professus ex dispensatione, sed tantum oblati impubes sit monasterio, per telem ingressum nō finitur substitutio, cum penitere possit vsque ad annos discretionis, *c. cum scimus, & o. signifi. canibus, ca. cum virum, de reg. & intra annum probationis etiam maior, c. statimimus, 23. & c. ad apostolicam, 16. eod. tit.**

10 *¶* Et in Gallia etiam lex posita est in comitiis Aureliacensibus, in *const. Aureliac. ar. 19.* ne fiat professio religionis masculorum ante 21. annos: foeminarum ante 20. annum. Et si ante facta sub-

stituta, permittit professio religionem disponere de bonis, quæ illis obtulerunt ante vel post in fauorem tamen aliorum, quam monasterii. *¶* Adiecta † est questio & decisio in capella Tholosana 390. Si impubes sit heres institutus in partem, & datus substitutus pupillariter, & impubes sit mortuus viuo patre, an admittatur substitutus in vim vulgaris substitutionis, quam vide cum Auferrii coniectaneis.

## De Exemplari substitutione.

## CAP. 24.

- 1 Inuentio humanarum rerum alia ex alia cum tempore fit.
- 2 Exemplaris substitutionis origo, & vt olim permissa, eius definitio & diuisio, quibus bonis fiat, eius forma, & quibus fiat, eius finis & differ. cum aliis effectus, & vt interea. nu. 3. 4. 5. 10. 15. 16. 17. & seq.
- 6 Mater substituit filio exemplariter.
- 7 Quando autem & quomodo conuolans ad secundas nuptias, substituat. num. 7.
- 8 Pater repetens nuptias, filius prioris matrimonii substituiere potest exemplariter. & eorum bonorum administrationem habet.
- 9 Spurius non potest substituiere exemplariter pater, sed bene mater.
- 11 Pater prodigus aut vilis persona an possit filio substituiere pupillariter vel exemplariter: & contra, filius patri prodigo cur non possit.
- 12 Correlatiuorum quando dicatur esse eadem disciplina.
- 13 Inofficiosi querela locum non habet, si quid relinquatur filio, sed agitur ad supplementum.
- 14 Furiosus quibus exemplariter non potest substitui.
- 15 Filio sanam mentem quando exemplariter substitui potest.
- 18 Exemplaris substitutio excludit matrem.
- 19 Filii naturales, & spurii quomodo differant.

**N**atura † hominum sagax, quæ simul omnia nosse non potest, vel necessitate cogente quædam probat, vel ratiocinatione colligit, ex inuentis alia etiam elicit, & coniectura facta similitum sequitur inuenta. Quod & Iurisconsulti etiam faciendum mouent, *l. neque leges, 19. cum tribus seq. de legi. P.* propter naturales quotidie nascentes, antequam inuitas fortiss: cum humani iuris conditio semper in iniquum decurrat, & nihil sit in ea, quod perpetuo stare possit, *l. 2. §. sed quia diuina quidem res, de vet. iure enucl. C. §. ut autem lex, de re. eccles. non aliena in auth. ¶* Ideo † cum moribus probatum viderent homines, ob ætatis defectum permittit patri substitutionem pupillarem fauore pupillorum: propter similitudinem quandam pietatis, visum quoque iustum est, ob defectum quoque mentis, vel ob vitium corporis quod testari filios prohiberet, & parentibus permitendum esse pro filius testari, vt tandiu testamentum valeret huiusmodi, quandiu causa duraret. Et proinde ab initio, quia hac de re nihil sancitum erat, primum cepit princeps consuli, vt ob eam similitudinem fauoris filiorum vitio illo miserabilium, exemplo faueris pupillorum qui mente carent, liceret substituiere parentibus, *l. ex factis, 43. de vulg. a. directo.* Ad principem namque inter iuris & æquitatis rationem interpretatio competit, *l. 1. §. fin. C. de legib.* Postea autem, cum læpius ea de re interpellaretur, & ne privilegio concessio ex arbitrio, qui illud impetrant, abuteretur, Imperator Iustinianus legem tulit: per quam potestatem quidem hanc omnibus parentibus indulsit, sed eam certis circumstantiis vallauit, quæ nisi interuenissent, non subsisteret, in *l. humanitatis, 9. C. de impuber. & al. subst.* De quibus nunc agendum est. *¶* Exemplaris † substitutio, est substitutio directa, per quam licet parentibus furiosis, mente captis, mutis, prodigis, surdis, puberibus liberis heredem scribere, ex legis præscripto: qui, quem admodum substitutas pupillariter, possit etiam bona propria filii sine controuersa inofficiosi, ex ea institutione capere, *hec finitio collig. ex l. ex factis, de vulg. & ex l. humanitatis, de impu. C. §. qua ratione, de pupilla.* Quæ finitio per sequentia explicatur. Exemplaris triplex dicitur esse, expressa, tacita, & mixta partim expressa, partim tacita. Expressa est quæ vel bis expressis fit, vt, *Si filius in furore vel seruidate moriatur, Tuus heres esto.* Tacita quæ sit, tradit Guillelmus Bened. etus dubitari, & num sit, in *ca. Raynuius ad ver. si absque liberis, 2. in substitutione exemplari, num. 34. 35. 36.* Tandem autem resoluit, esse, quæ continetur sub expressa vulgari futiolo facta. Si tempore, quo vulgaris facta est, furiosus filius esset, *argumen. l. quoniam, & leg. si prædica, de rebus eorum, P.* aliter si postea furiosus factus fuisset,

quia aduersam fortunam hominis cogitare ius ex tacitis non patitur, *linter stipulam, §. sacra, de verb. oblig.*

4 ¶ Item in pupillari expressa facta furioso, vel alii, cui potest exemplariter substitui, contineri quoque tacitam exemplarem: sed non simul & eodem tempore valere. Nam quadiu filius furiosus impubes erit, & si in ea ætate decesserit, omnia, quæ naturæ sunt pupillaris, seruantur: at moriente eo post pubertatem iure tantum exemplaris substitutionis succedet. Ut etiam exemplaris expressa, hac distinctione, & vulgarem & pupillarem contineat: & ita quoque resoluunt antecessores nostri peritiores, *Bartol. post Oldra. in l. ex factis, & ibi Alexan. & alii, de vulg. Bald. in l. humanitatis, ver. si quinto principaliter queritur, Bened. prad. loco, qui & ait mentionem fieri de tacita exemplari, in l. in testamento, de testa. milit. C.* Partim expressæ partim tacitæ substitutionis exemplaris tradit formam idem *Benedict. præ loco, nu. 37. in compendio. Si testator, inquit, dicat, Titium & Caium heredes instituo, & eos in vicem substituo.* Aliudque exemplum apud eundem vide mixtæ quoad casus substitutionis. ¶ Substituitur tamen in exemplari omnibus bonis eius, cui fit substitutio, & in relictis a parente illi, exemplo pupillaris substitutionis: præterquam si ab utroque parente matre & patre fuerit substitutum. Nam tunc substitutus a patre, habebit bona filii a patre prouenientia & aduentitia: substitutus vero a matre, bona quæ a matre processerunt. Et ita resoluit *Iason, in l. ex factis, de vulg. Bene. vbi sup. nu. 39.* quæ rationes reuic aduersarias *Imolæ.* ¶ Substitutio tamen hæc fieri potest a patre & matre, non habita ratione potestatis, sed pietatis, *l. humanitatis in iure, C. de impub. Imo & a patre arrogatore simul, si furiosus arrogatus sit.* Sed a patre naturali, ut proxime dictum, in bonis ab illo procedentibus seu profectiis, alium de tamen quam a matre & arrogatore, in quibus mater, *d. l. humanitatis.* & arrogator substituitur possunt. Sicuti in pupillari, arrogator in istis recte substituit. Et naturalis quoque, in aliis pupillo, *l. si arrogator, cum præced. de adoptio. l. sed si plures, §. in arrogato, de vulg.* In quo iura communia acceperunt restrictionem, quæ statuit neminem posse cum duobus decedere testamentis, *l. quærebatur, de mili. testa. l. 1. §. 2. de in iur. sup. test.* Quod si pater non substituerit, mater in omnibus, in quibus pater substituitur poterat recte statuer. Excipienda videtur mater, quæ ad secundam vota tranferit, quæ filio exemplariter non potest substituit, *Ias. Bart. & alii, in l. ex factis, de vulg. Bened. vbi sup. nu. 15.* quia fundamentum potestatis substitutiendi cessat, videlicet pietatis.

7 Nam tamen transeundo ad secundam vota, iam lex iudicat matrem a se ablegasse filiorum curam & pietatem, *l. lex quæ tutoris, de adm. iur. l. 2. C. vbi pupi. edu. deb. siue ante, siue post secundas nuptias hanc fecerit, Bart. in d. l. ex factis, q. 4. & ibi Ang. Rapha. Paul. Cast. & Alex. Aret. in l. humanitatis.* Sicut tamen, qui huic exceptioni reclamant, *Imola, in l. ex factis, de vulg. Bald. in d. l. humanitatis,* maxime si antequam mater ad secundas transeat nuptias, prouideat de curatore seu tutore filio, quia de casu cura filiorum illi inesse demonstratur, nec priuatur eius intestati successione, *l. 2. §. filius, a Tertullia. P. l. mater, §. l. omnium, 6. ad Senatusc. Tertull. Proinde tertia opinio media inter utramque adfertur ab Angelo Aretino, in §. qua ratione, quam sequitur Guillel. Benedict. vbi supra, num. 16. in spiciendam esse ipsam substitutionem matris, de quo substitutio facta sit: ut si substituti sint venientes ab intestati furiosi successione, substitutio valeat facta etiam a matre binuba, utpote apparente adhuc in ea causa humanitatis. Sin autem substituta fuerit alia persona, ex qua appareat malus matris animus, puta amarus matris, non valeat. Et hoc quoque *Nicolaus Boerius* sequi videtur, *decis. 188. nu. 4.* Et ego hanc sententiam probor.*

8 ¶ De tamen patre autem omnes consentiant, ut etiam si qui repetunt nuptias, libetis primi matrimonii possit exemplariter substituitur, *Boer. vbi supra, num. 2. Doctores, in l. ex factis, Guillel. Benedict. vbi sup. num. 16.* Quia quamuis ad secundas perueniat nuptias, tamen non priuatur administratione bonorum filii prioris matrimonii, *l. fin. de bon. mat. C. l. generaliter, de sec. nupt.* Remanet tamen, quæstio, an pater vel mater, qui habent naturales tantum, possint illis substituitur exemplariter. Cui quæstioni fit satis ex dictis in substitutione pupillari, patrem certum non dici in vulgo quæstis, *l. vulgo concepti, de sta. homi. §. si aduersus, de nupt. apud Iustin. l. quia semper, de in ius voc. P.*

9 ¶ Et tamen proinde, non comprehendendi appellatione parentum, *l. 1. de nat. lib. l. quamuis naturales nati, ex certa concubina parentes habeant naturales, l. parentes, de in ius voc. P. l. sed ii alii sunt quam vulgo concepti, d. l. 1. de natu. lib. C.* quibus tantum permillum est sub-

stituitur pupillariter, in l. humanitatis intuitu, C. de impub. At in matribus responsum est, posse etiam illas vulgo conceptis substituitur, *Bened. vbi sup. num. 12.* quia mater semper certa est, *d. l. quia semper, de in ius voc. & spurii succedunt etiam ab intestato matribus, l. si suspecta, §. 1. de inoff. testa. §. nouissime, ad Orfici. apud Iustin. nisi esset mater mulier illustris, cui dedecus tales essent filii, l. si quæ illustris, ad Orfici. C.* Vel ipsi essent ex damnato incestu nefario editi, qui non succedunt, nec alimentis digni sunt, *anth. ex complexu, de inco. nupt.* nec institui possunt a patre vel matre: & si instituantur, hereditas sisco defertur, *Bar. in d. anth. & Lauferius, §. 1. de iure sisco. §. Et tamen hæc quæ dicta sunt de patribus, de auis, auiabus, & aliis parentibus intelligenda sunt, ut possint substituitur nepotibus, deficientibus videlicet patribus & matribus, l. humanitatis, in princ. de impub.*

¶ Excipiunt tamen aliqui parentes prodigos & viles personas, quibus non permittitur substituitur exemplariter, *Bald. in d. l. humanitatis, Bart. in d. l. ex factis,* quod bonorum filiorum illis administratio sit prohibita, *l. fin. de sent. pass. C. l. si cum dotem, §. eo autem tempore, sol. matrim.* Alii autem non excipiunt, & potestatem quoque patribus prodigis permittunt, *Laola & Alex. in d. l. ex factis,* quia contendant pupillarem etiam huiusmodi permitti favore pupillorum, & auctoritate rigoris patriæ potestatis, quæ tamen non consideratur in exemplari. Distinguit autem *Guillel. Benedictus, vbi sup. in exemp. subst. num. 4. q. 9.* ut *Angelus, Aretinus, matribus conuolantibus ad nuptias secundas, ut si pater vilis & prodigis ita discrete substituit exemplariter filio mente capto, ut bonus pater fecisset, valeat: sin minus, corrumpat substitutio.* Ego porro in persona vili huic sententiæ subscribo, at in persona prodigi substituto, si bonis et interdictum sit natis intestabilis est, *l. si cui, de test. P. §. Constat* itaque substituitur parentes tantum liberis potestatem exemplariter, non extraneos, neque fratres fratribus, vel consanguineos alios: imo neque filios posse substituitur patribus furiosis, vel similibus, quibus substitui potest, *Bart. ad d. l. ex factis,* quia l. humanitatis, de impube. parentibus in liberos hanc solum concessit potestatem neque extensio facienda est in casibus, qui recepti sunt contra iuris communis regulas, *l. quod vero, 13. de legi. P. l. si vero, §. de viro, sol. ma. P.* Atque per indignum vult esse, concedere liberis in parentes potestatem, *§. sed quod sanctum, de nup. in auth. eo. 4. c. cum inferior, de maio. & obed. Item 3. per resolutionem l. humanitatis,* sequeretur filium pro patre disponentem, seipsum de bere instituer, quod certe stolidum pene esset: quia debet esse distinctio personarum inter dantem & accipientem, *o. fin. de inst. c. debitum, de baptise. didicimus, 24. q. 1. l. 1. de aucto. iur. P. l. 1. §. ius qualicumque, ad Trebell. P. l. prator, de iur. & cura dat. ab iis, C.* Sicut diuersa ratio correlatiuorum patris & filii, impedit, ne quæ licent patri liceant filio, *argum. l. curatore, de inter. mat. C.* Quamuis in aliis, vbi est similis ratio correlatiuorum, eadem dicatur esse disciplina, *l. si de ind. vid. toll. C. l. de cupre. lib. 11. C.* Neque ex eo quod patri furioso filius dari potest curator, *l. 2. de cura. furio. P.* ideo sequitur, eum pro patre furioso testari posse. Nam aliud statuitur in administratione bonorum, quæ cõceditur in vita alicuius: aliud in dispositione, quæ post mortem defertur, *arg. l. 1. §. si quis quæsitum, ad Trebell. P. §. Scio* tamen huic sententiæ aduertari, *ad d. l. ex factis,* sed sequor priorem, ut meliorem meo iudicio. Forma porro & modus in hac componenda substitutione secundum quam parentes testari debeant, est, ut primum sibi testamentum faciant, & in eo legitimam relinquunt filiis, quibus substituitur exemplariter propoluerunt, *d. l. humanitatis,* vel hodie saltem aliquid pro legitima, *siue soluit Boer. decis. 188. nu. 4. Bene. in ver. §. absque liberis, 2. in subst. exemp. nu. 20. Boer. & Alex. in d. l. ex factis,* cum hodie non agatur in officioso, si minus quam sit legitima, filiis relinquatur, sed agitur ad supplementum, *ex l. omnimodo, de inofficio. testam. C.* Hinc efficitur, filio ex hereditate fieri non posse exemplarem, quia institui debeat in legitima. Quamuis in confesso sit, furiosum posse exheredari ob causas ingratiudinis commissas ante furorẽ, *ut in l. tam demeritis, C. de episc. aud. in l. fin. de curat. furios. vbi furiosus erat exheredatus,* quod tamen in hac exemplari, quæ humanitatis causa permittitur, non permittitur.

¶ Item tamen de forma est, ut consideremus, cui fiat testamentum, vel substitutio: nam non omnibus licet exemplariter substituitur, sed tantum primo furiosis, & mente capis, qui perpetuo furore sine dilucidis intervallis detinentur, *d. l. humanitatis.* Ideo phanaticis, & qui lasciuia aut phrenesi morbi temporalis tenentur, non licebit substituitur exemplariter, *Bald. in d. l. ex factis,* quia illi morbi perpetuo non occupant ægrotum, *l. 1. §. apud Iulianum, de adil. edict.*

Item si furiosi habeant dilucida intervalla, hoc modo substitui nequit, quia pendente illo tempore ipsi se testari possunt, si furiosi, qui testari fac. poss. C. Et cessat ratio Imperatoris, qui in l. humanitatis, exigit perpetuum furorem. Eodem modo si furiosi antequam furore occupentur, testamenta legitime condiderint, substitui non possunt exemplariter: legitime enim factum, superveniente furoris impedimento, non minus quam morte non debet intercedere, l. tu cui de testa. P. §. preterea, cum §. seq. quib. non est perm. fac. test. Mortuo quippe & insensibili similis dicitur furiosus, Bald. in d. l. humanitatis, l. 2. §. furiosus, de acq. poss. Neque tollit semper factum, quod impedire posset faciendum, l. ambiguis, §. de reg. iur. c. factum, eod. in 6. l. patre furioso, de iis qui sunt sui vel alien. iur. P.

Secundo, exemplaris fieri potest tuto, surdo, & prodigo: dum tamen isti eius modi sunt, qui testari omnino non possunt, ut in l. discretis, C. qui testa. fa. non poss. Et ita interpretes concludunt, Bart. Bald. in d. l. ex facto, Bald. Paul. Cast. Alex. In d. l. humanitatis, Guill. Bene. in ver. absque liberis, 2. in exem. substitut. nu. 5. & 6. Sanæ porro mentis filio fieri non potest exemplaris, nisi, ut ait Salycetus, in d. l. humanitatis, 7. col. ea conditione fiat in calum, quo filius sanæ mentis furiosus, vel prodigus, vel surdus, vel mutus efficeretur. Et tunc etiam exigitur, ut is mortis testatoris tempore iustus factus fuerit: aliter non valet, Alex. in d. l. ex facto, l. 6. eo. de vul. & Guillelmus Bened. ubi sup. nu. 8. Neque in hac exigitur, ut filius sit in potestate: nam & emancipatis & a matre substitutio recte fit, d. l. humanitatis, Attamen obieratur, ut is cui fit, post mortem substituentis non sit recessurus in potestatem alterius. Bened. ubi sup. nu. 19. vel ante furorem factus non fuerit instabilis, quia hereticus, ut in l. Manichæos, C. de hereticis, puta quia deportatus, l. si quis filius, §. irritum, de iniusto iur. P. & c.

Quis autem substitui possit illis, planus est textus in l. humanitatis, ut si is cui exemplariter substituitur habeat liberos, unus vel omnes, tantum substitui possunt: si non habeat, vel habeat non sapientes, sed fratres tantum vel sorores illi sint, unus vel omnes substituantur tantum. Ultra autem Iustinianus non procedit. Et proinde, si neque filii, neque fratres ei sint, extraneum ei potest substitui.

Finis huius substitutionis, ut is cui substituitur, qui testari per se non poterat, cum herede decedat. Item secundo, inquit l. humanitatis, ut occasione huius substitutionis, ad exemplum pupillaris, querela nulla contra eorum testamentum oriat. Qui autem voluerit otiose videre, in quibus cum pupillari substitutione conveniat hæc exemplaris, & in quibus differat, & quo modo a vulgari, compendiosa, & brevis loqua distendat, consulari Guill. Bened. cum, ad ver. si absque liberis, 2. in exemplari substit. fere per totum tractatum.

Atque propter singulares eius effectus, vitem esse dubium non est: nam primum per expressam exemplarem ab intestato venientes, & mater, ut in pupillari, excluduntur a substituto veniente ex testamento, d. l. humanitatis, & l. ex facto, Bened. ubi supra num. 19. Eodem modo, si extraneus substitutus sit deficientibus filiis & fratribus, excludat mater, idem ibid. num. 3. 2. ubi disputatur, & glo. in §. qua ratione, de pupilla. 2. Per exemplarem succeditur ei, cui substituitur, in omnibus bonis: ut in pupillari, l. sed si plures, §. ad substitutos, de vul. & Que omnia intelligenda veniunt, quando exemplaris locum habet: nam si ea perimatur, aliter statuendum. Cessat autem exemplaris, primum, cessante causa propter quam licuit substitui, si furiosus, ad bonam mentem sit reuersus, vel prodigus ad meliorem frugem, vel surdus, mutus a morbo convaluerit, d. l. humanitatis, ver. si tamen, §. qua ratione, de pupi. l. ex facto, de vulg. & ca. cum cessante, de appeli. 2. Si tales habeant liberos legitimos & naturales, d. l. humanitatis, §. vel si filia, d. l. ex facto, ratio ex l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. generatiter, §. cum autem, de insti. sub cond. fact. C. l. cum avus, de cond. & demon. P. Nam quamvis furiosus non possit matrimonium in futuro contrahere: tamen contractum sine furore, in furore retinet, ca. dilectus filius, de sponsa. Et in hac substitutione directum necessarium est, legitimis simul & naturales filios agnosci, l. patre furioso, de iis qui sunt sui vel alien. iur. quamvis in obliqua & fideicommissaria aliquid quando ex voluntate testatoris conditio sine liberis deficeret per naturales tantum, l. ex facto, §. 1. ad Trebell. P. olim permittos ex concubinato: non hodie, vetico concubinato, & effectus tantum spiritus omnibus sine matrimonio iusto natis, l. fi. C. de concubi. Et quando lex desiderat filios, intelligit de legitimis & naturalibus simul, l. generaliter, §. pen. de insti. rest. sub cond. fact. C. Tertio, finitur hæc exemplaris, si prodigus, aut surdus, mutus, aut furiosus

tempore dilucidi intervalli delictum admittant, ex quo bona fisco adiudicentur, vel si legitime ingrediatur monasterium, Guill. Bened. ubi sup. num. 51. Quarto, si furiosus in dilucidis intervallis sibi condat testamentum, exlinguitur exemplaris, quamvis postea recidat in furorem: alioquin si non condat testamentum, tunc cessante morbo cessat quidem substitutio, sed recrudescete morbo, retinetur, l. ex facto, de vulg. P. quod quomo. sit intelligendum, explicat d. Ben. ubi sup. nu. 48. & 49.

De Militari Substitutione.

CAP. 25.

- 1 Militaris substitutio quid, qualis, ut differat a vulg. Et pupill. distinctio de quibus rebus fiat, & effectus, nu. 2. 3. 4. & 6.
2 Compendiosa substitutio a milite facta quas alias continent.
3 Militaris substitutio filio facta comprehendat eius legitimam.

Militare testamentum extrajuris civilis communes regulas pluribus donatum est privilegii, in totum & in parte, l. 1. de milit. test. C. ut docuimus proprio capite antea. Potest & singulari iure iales igitur substitui, ideo de ea substitutione pauca tradenda sunt. Substitutio militaris, est substitutio quam miles etiam post aditam hereditatem, secundo gradu directi tibi heredem facit. Quæ finitio probatur ex l. Centurio, 15. de vulg. P. quæ intelligitur in his tantum bonis, quæ heredes, quibus substituitur, ex testamento militari iure facta, sunt consecuti, non in aliis, Vip. in l. milites etiam, §. eod. P. Directo capite substitutus militaris bona, in quo singulare ius habet, non obstante aditione heredis instituiti, l. miles ita heredem, §. ex heredato, eod. l. in testamento, eo. C. l. centurio, de vulgari, explicat. Guill. Bened. in ver. absque liberis, 2. in compendio nu. 11. sicuti in pupillari receptam erat. §. Sed differat pupillari, quod substitutus pupillo, videbatur institutus in testamento filii, in primo gradu, quia testamentum patris & est testamentum filii, l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de insti. test. at in eo, substitutus non dicitur succedere patri, sed pupillo, §. 1. de pupilla. D. fert & a vulgari, quod vulgatis adita hereditate expirat, l. post aditam, de impub. C. hæc militaris, minime. Et ita miles hic, cum substitutus illi etiam sit directus heres, & institutus adiens, cum duobus heredibus decedit in solidum instituitis, contra iuris communis regulas, l. quod contra, §. vni duo, de reg. iur. Hanc substitutionem militarem, & expressam, & tacitam dicim. Expressa est, quando ad certum tempus aliquem heredem instituit, & post illud alium, l. quæ rebus, §. fin. & l. miles ita heredem, de milit. test. P. Tacita, quæ continetur sub compendiosa, & quæ habet speciem fideicommissi, ut in l. precibus, in fine, de vulg. Sic Guillelmus Bened. tradit, ad ver. si absque liberis, 2. in recipro. nu. 40. & 41. reciprocam per militem factam personis disparibus, ex voluntate testatoris, non aliter, continere vulgarem, pupillarem, exemplarem, & militarem. Continetur & sub militari pupillaris tacita, in l. in testamento, 1. de milit. testa. l. centurio, de vulg.

De rebus tantum a milite relictis heredi, non de bonis pupilli sit militaris substitutio, d. l. milites etiam, §. de milit. testam. Miles porro, qui substituit, & in expeditione esse debet, secundumque arbitrium concipere substitutionem potest, dummodo capacem successione substituat. Finis & rationes istius privilegii, eiusdem generis sunt, ac militaris testamenti: & ideo ea omnia mutanda sunt a superiori capite de militari testamento. Notandum præter hæc, quod concludit Guillelmus Bened. in comp. substit. in ver. si absque liberis, 2. num. 20. quod in substitutione a milite verbis directis facta, venit legitima filii, ita quod non potest per heredem retineri: & universa bona testatoris pertingere debent ad substitutum. Et hoc latius examinat propter sententiam Pauli Castrensis contrariam glo. fina. in l. precibus, de impub. C. Effectus quoque istius substitutionis coniecit in vnum locum, & differencias cum fideicommissaria substitutione, idem Guillelmus Bened. in tractatu compendiosæ substitutionis a num. 12. per plures sequentes ad C. Raynucius, & ad ver. si absque liberis, 2. de testamen. Et ibi abunde videbis de natura eius, ut superfluum sit ea, quæ ibi ordinate dicta sunt, in hanc paginam transcribere.

De Compendiosa Substitutione.

Cap. 26.

- 1 Compendiosa substitutio accedit militari, num sit substitutio, quid sit, distinctio, formula eius, & quas alias continent, num. 2. 3. 4. 5.



- 4 Verba directa, obliqua, & communia qua: quando directa obli-  
quentur, & contra.
- 6 Militaris substitutio qua bona contineat. Et l. Precibus, de Im-  
pub. explicatio.
- 7 Militaris directa substitutio in quo similis fideicommissa-  
ria.
- 8 Compendiosam quid operetur quando continet fideicommissa-  
riam.
- 9 Legitima fideicommissio grauari quando potest.
- 10 Compendiosa substitutio mixtum quomodo dicatur fieri.
- 11 Compendiosa facta verbis obliquis vel communibus continet fi-  
deicommissariam: num idem si directis.
- 12 Pupillaris, exemplaris, & alia in compendiosa comprehensa, ex-  
presse, non tacita censentur, & excludunt matrem.

Militari substitutioni accedit compendiosa, sic enim Bart. sen-  
tente videtur, dum ait, in l. precibus, num. 9. de impub. & in l. cen-  
turio. nu. 11. de vulg. Compendiosa substitutio quancumque est sub-  
stitutionis species distincta ab aliis: ut quando fit a milite post aditam  
hereditatem, & valet iure directo, ut l. Centurio, de vulg. P. Quan-  
doque non est substitutionis species, sed est quadam adiectio, ut quan-  
do fit a pagano: Ita enim nihil valet iure pupillaris directe post aditam  
hereditatem, vel fideicommissi, ut infra videbitur. Vnde tunc non est  
substitutionis species, sed adiectio quadam. Hec ille. Quod Guil-  
lelmus Benedictus intelligit quoad effectum, ratione cuius & in  
vulgarem, pupillarem, exemplarem, aut fideicommissariam trāsīt:

2. 4. & 5. Compendiosa, f est substitutio qua: compendio verbo-  
rum seu breuitate sermōis fit, sub vna mortis conditione vel alia,  
plura tempora, qua: ad alias substitutiones simplices referri pos-  
sunt, continens, hae finitio Bart. in l. centurio, num. 9. de vulg. Hae  
duplex, vt dixi, ex Bart. propria in milite, & adiectio aliarum in pa-  
gano. ¶ Quae fit a milite fit, habet tantummodo bona testatoris,  
qua: ad institutum perueniunt: qua: a pagano, secundum substituti-  
onem quas complectitur naturam, & ex formula substituendi,  
mentienda est. ¶ Itaque formula substituendi compendiosae cog-  
noscenda, & verba illata, quarum alia respiciunt eum cui fit  
substitutio, alia substitutum, vel directa, aut obliqua, aut commu-  
nia de quibus alibi dictum. Directa sunt, per qua: qui vocatur a te-  
statore capit hereditatem directo, & non ab instituto, vel ab alio  
medio, vt, heredem facio, instituo, heres esto, l. verbis cunctibus de vul.  
& ibi Bart. f. f. ¶ Obliqua, per qua: testator vult a medio, seu ab  
instituto substitutum capere, vt patet exempla, in l. coheredi, §. cū  
filius de vulg. l. cum quidam, in l. de leg. 2. & in l. fundi, de v. s. f. leg. 1.  
¶ Communia, quibus testator potest & directe & oblique me-  
tem exponere, & in quibus quid potius senserit quā dictum fue-  
rit, sequimur, l. nam hoc iure, de vulg. Hae itaque verba, in compē-  
diosa obseruamus: nam directis & communibus illa fieri potest,  
d. l. coheredi, §. cum filius eod. non autem obliquis, quia tunc tranfit  
in propria obliquam fideicommissariam. Et verba quidem di-  
recta, qua: iure directo operari non possunt, aliquando trahuntur  
ad fideicommissam, l. ex facto, 17. ad Senat. Trebell. sed vix vna  
obliqua ad directa conuertantur, aut perrato, & nisi certis casu-  
bus, vt in casu l. Antoninus, de fideicom. lib. l. neque enim, §. si l. seg. eo.  
¶ P. et si vulgaris fiat verbis obliquis, qua: propter substitutionis  
naturam in directa commutantur, l. si Titius, de condi. inst. l. huma-  
nitas de impub. sibi, rogatus, i. heredem instituit, & si pater, de testa. in  
6. Sed & communia, qua: secundum varias acceptiones possunt  
esse directa & obliqua, non impediunt, quin compendiosa substi-  
tutio directa sit: vt si testator vtatur verbo, detur, quod sui natura  
dicitur obliquum, l. fundi Trebelliani, de v. s. f. leg. 1. P. nihilomi-  
nus substitutio erit directa: quia hic non denotat substantiam sub-  
stitutionis, sed modum eam exsequendi, vt in l. si quis ad declinan-  
dam, C. de epis. & cler. vbi est quidem institutio directa, sed modus ex-  
sequendi obliquus per executores datos. Guill. Bene, in ver. si absq. li-  
beris, in 2. in compen. substit. num. 57.

¶ Formula communis, filium meum instituo, & quancumque  
decesserit, substituo ei talem. Vide ibi dictionem, quancumque,  
complecti plura tempora, ex quibus plures species substitutio-  
num oriuntur, tempus nempe ante aditionem, vnde vulgaris: tem-  
pus ante pubertatem, vnde pupillaris: & tempus pubertatis. Item,  
limitatio fit interdum temporis, vt, quancumque filius meus in-  
tra 25. annum decesserit, talem substituo, l. centurio, de vulg. Inter-  
dum fit cum alia conditione adiecta indefinito tempori, vt, quan-  
cumque sine liberis decesserit, l. precibus, C. de impub. Inspicitur por-

ro persona eius, cui est facta substitutio, vt esse eum & finem eius  
distinguantur. Nam eius ratio & temporis plures vel pauciores  
continebuntur in compendiosa substitutione. Nam si pupillus  
sit, cui fiat a pagano haec substitutio, quancumque, &c. & mori-  
tur ante aditam hereditatem compendiosa continebit tantum  
vulgarem, Bart. in d. l. centurio, & alii, in l. precibus, si in pubertate  
post aditionem, tantum pupillarem, & aditione expirat vulgaris.  
Si post pubertatem decessat, adhuc distinguit, an furioso, prodigo,  
vel alii cui exemplariter substitui potest, compendiosa facta fuerit,  
an alteri: si furioso, & is in furore moriatur, continebitur quoque  
exemplaris, & excludetur mater & alii ab intestato venientes, vti  
pupillari, si autem aliis fiat, & moriantur post pubertatem, inspi-  
citur nam fit a milite, vel a pagano. ¶ Et si facta sit a milite, sub-  
stitutus ex militari substitutione capiet omnia bona, qua: testator  
heredi instituto reliquit, iure hereditatis, etiam exclusis venientibus  
ab intestato, & militaris in compendiosa continebitur, d. l.  
centurio, de vulg. Dico ea qua: testator heredi reliquit, iure insti-  
tutionis: nam alia qua: heres institutus propria habuit, aut dona-  
tiones, aut praelegata etiam a testatore procedentia, non veniunt  
in militarem substitutionem, quia eorum, non testatoris sunt, A-  
lexan. in l. Marcellus, §. quidam, ad Trebell. P. Sic intelligenda l. pre-  
cibus, de impub. C. vti in substitutione militari compendiosa, mater  
succedat, non obstante substitutione filio puberi ab intestato:  
substitutus vero militaris iure directo omnibus bonis patris testa-  
toris. Sicut ibi substitutus militaris in bonis patris succedit dire-  
cte quidem, sed, velut ex causa, inquit textus, fideicommissi, id est,  
perinde ac fideicommissaria substitutione rogatus filius fuisse  
restituere ei hereditatem paternam: & ita velut ex fideicommissi-  
o de manu matris capit.

In hac enim directa militaris substitutio similis est fideicom-  
missaria. Quia sicut per fideicommissariam non tenetur filius pro-  
pria bona substituto restituere, l. coheredi, §. cum filius de vulg. P.  
sic neq; ex militari. Neq; hic immorabor in re fellendis sententias  
Pauli Castrensis & aliorum, qui aliter de explicatione l. precibus,  
sentiant: mihi si quidem cum aliis quibusdam, verior videtur sen-  
tentia praedicta. ¶ At si loquamur de alio quam milite, compē-  
diosam faciente, si cui substitutum est hoc modo, post puber-  
tatem adita hereditate decesserit, continebitur sub hac compē-  
diosa, per verba communia facta, fideicommissariae qua: hocq; ta-  
operabitur, vt mater quidem & alii venientes ab intestato, succe-  
dant filio instituto in bonis propriis, sed per fideicommissum te-  
neantur paternam bona restituere substituto compendiose per ver-  
ba communia. ¶ Nec enim bona propria filii alunde quam a pa-  
tre qua: sita, in restitutionem fideicommissi veniunt, nec donatio-  
nes, nec praelegata ei facta, qua: vt ante diximus, dicuntur eius pro-  
pria bona, Alexan. in l. Marcellus, §. quidam, ad Sena. Treb. Bart. &  
l. in l. cum virum, C. de fideicom. Quamobrem notabile est quod  
obseruat & concludit Benedictus, in tract. compendioso, nu. 48. in ta-  
li substitutione fideicommissi hereditatis patris detrahetur legiti-  
ma filii, in qua non potuit grauari, e. Raynuius, de testa. si intelli-  
gatur relictum fideicommissum ab ipso filio, hoc est, si filius ipse ce-  
seatur grauatus de restituenda hereditate: quia tunc non potest im-  
poni grauamen filio in legitima. Contra, si fideicommissum reli-  
ctum sit ab eius herede, quia eius substitutus vel heres grauari pos-  
test, l. fundum per fideicommissum, §. si, cum l. seg. de lega. 1. Si igitur  
compendiosa substitutio a filio nominatim facta sit, & fideicom-  
missum ab eo relictum erit: vt, quancumque, filius meus morietur, si-  
dem talem substituo, & legitima detrahetur. Si vero relictum sit  
nominatim ab herede, non detrahetur. At quando dubium est, an  
a filio, aut ab herede relictum sit: tunc variae interpretum sunt sen-  
tentiae, quas refert & earum probationes Guill. Bene. praed. tract. com-  
pen. nu. 48. Ego autem probo, censeri relictum a filio, l. coheredi, §.  
cum filius de vulg. l. codicillis, in princ. de v. s. f. leg. 1. & ibi Bart. Qu-  
tamen alibi sibi ipsi dissentit. Franc. Azeu. late, in cons. 15. in 8. & 11.  
col. Alex. cons. 12. in ca. attentis verbis, 3. par. cons. & legitimam ab he-  
rede eius retineri & Trebellianicam, iuxta naturam fideicommissi  
si vniuersalis in iure filio, & si pater, de testa. in 6. Fit f. & mixtum  
substitutio compendiosa, cum verbis communibus & casu seu  
conditione aliqua adiecta. Vbi idem ac in superiori obseruan-  
dum propemodum aduersum interpretes disputat Guillelmus  
Benedictus, vbi proxime, nu. 49. 50. 51. vt si dicatur, quancumque  
filius meus decesserit sine liberis, talem substituo. Nam haec verificari  
potest in pupillari, & post pupillarem aetatem. Id est si dictū sit absolu-  
te, si filius meus decesserit sine liberis, substituo talem, vel volo bona mea  
peruenire ad Titium. Nam illa compendiosa est, & continet pupillarem  
vulgarem.

vulgarem, exemplarem si furiosus, & fideicommissariam, idem eo. *nu. 53. Et § 6. f. c. i. l. recuflare. §. Titius, ad Senat. Trebell. l. si quis seruo de man. test. a. Nico. Borr. decif. 38. num. 10. Ang. Aretin. in l. si quis fideicommissariam, de hered. insti. Resoluit & Boetius, decif. 38. nu. 11. verba, si heres erit, ad l. c. a. compendiosam, non impedire quin ea sit fideicommissaria, nec esse de essentia aut substantia compendiosam: ut in illa, si heres erit, & decesserit sine liberis masculis ex suo corpore renatis, eo casu volo, &c. Et si omnes quidem contentum continere & fideicommissariam, compendiosam, si ea fiat verbis obliquis aut communibus, vel in codicillis, ubi iure directo non substituitur. Sed num, si directis fiat, ut per verba, *instiituo, substituo, &c.* controuertunt: nam pupillarem & vulgarem contineri, & exemplarem fatentur quidam, sed fideicommissariam negant. Obtinuit tamen contraria sententia, & verior habetur, potissimum cum clausula apponatur in testamento, *si non valet quod ago ut ago, valeat iure codicillorum*, idque oblique. Et hanc questionem vide disputatam, & ita conclusam apud Guill. Bened. in c. Raynuntius, ad ver. si si abque liberis in compendiosa, num. 1. 2. vsque ad num. 37. facit l. Sczuola, ad Trebel. P. de Ferraris in pract. in c. furmae libelli quo agitur ex substitutione, in ver. compendiosa: glo. in l. verbis obliquibus, de vulga. dicens semper clausulam illam, *si si non valet*, esse fideicommissariam. ¶ Tanta ¶ porro est vis istius compendiosae, ut praedictae substitutiones pupillaris, exemplaris, vulgares, fideicommissariae, & ea contentae censentur, expresse, non tacite: & ideo pupillaris in exemplaris, ex ea locum habentes, excludunt matrem, idem Bene. in compen. num. 6. & in tracta vulg. artic. 4. princ. ut pupillaris expresse, in l. precibus, de impub. C. & exemplaris, l. humanitatis, eod. Proinde & rationes generales substitutionum, & singulares cuiusque speciei, & causae voluntatis substitutionum defuncti, robur huic substitutioni compendiosae dare dubium non est.*

## De Substitutione Breuiloqua, seu Reciproca.

CAP. 27.

- 1 Substitutionis compendiosa & reciproca praecipua differentia, nisi substitutio, quid sit, quomodo dividatur, quot & qua eius substitutiones. Et quando continetur. nu. 2. 3. 4. 5. & 6.
- 7 Fideicommissaria substitutio num continetur sub reciproca disputatur. Et 8.
- 9 Reciproca substitutio quomodo vocentur in partes deficiunt, an pro modo institutionis, an in partes viriles.
- 10 Substitutos in viriles partes vocare voluisse testatorem quando appareat. 11. & 12.
- 13 Breuiloqua substitutionis formula.

**A**similis ¶ propemodumque similis substitutioni compendiosa est breuiloqua. Sed in hoc maxime differunt, quod breuiloqua fieri non potest nisi pluribus institutis, vni nequaquam: nec potest fieri quis simul plures non continet substitutiones: cum tamen compendiosa & vni fieri possit, & ad vnam solum speciem substitutionis restringi possit, prout casus contingit, aut interpretatio verborum patitur, est apta sit plures species continere. ¶ Vocatur ¶ haec substitutio quoque reciproca, in l. iam hoc iure, de vulg. Et de hac similis est controuersia, quae explicata est de compendiosa: nam reciproca sit species propria substitutionis. Nam Barr. & alii, in l. Lucius, nu. 2. eod. & Inson sibi, negant esse, sed dicunt adiectionem quandam aliarum, sicut dictum est de actionibus institutoria, tributoria, & de peculio, l. 3. §. cui congruit, de pecu. Item nomen eius esse accidentale, non substantiale, Bald. ad c. si pater, de testa. in 6. Barb. ad c. Raynuntius, in breuiloqua. Subinde quia haec resoluitur in alias species, ut in vulgarem, pupillarem, vel aliam, non constituit propriam speciem, argum. l. adeo, §. cum quid, de acq. rer. domi. l. in testamento, de milit. test. C. Alii contra, inter substitutionis species reciprocam connumerant, glo. in §. quae ratione, de pupillis, glo. in rub. de vulga. Bald. in l. precibus, vers. iuxta hoc quero, de impub. C. Et sic Modestinus quoque eam distinguit ab aliis, l. iam hoc iure, §. quod ius de vulg. Et verus certe est quod Alexander tradit, in l. Lucius, eod. ratione formae reciprocae esse propriae substitutionis speciem: quod pertinet autem ad effectum, minime proprium habere. Et docetur id ipsum a finitione. ¶ Reciproca ¶ quippe est substitutio, quae plurimum personarum substituitur, l. testamento, de impub. C. ad iniicem, l. iam hoc iure, & l. Lucius, de vulga. l. cum in testamento §. hac verba, de hered. insti. P. vno breui sermone complectitur.

¶ Pro ¶ diuisione istius reciprocae, nihil aliud obseruandum in praesentia puto, quam quod ea interdum vnam, interdum plures

substitutionum species, habita ratione personarum institutarum & substitutarum, continet. Nam si pater duos filios impuberes exheredatos iniicem substituit, haec reciproca substitutio non continet, nisi pupillarem reciprocam, seu ratione duorum impuberum, duas pupillares, vnam in qualibet persona pupillitio non autem vulgarem, quia filii instituti non sunt, Guill. Bened. ad d. c. Raynuntius ad ver. si abque liberis, 2. in breuiloq. nu. 11. Et pupillariter quidem exheredatis pater substituit potest, l. 2. §. sed si ego, de vulg. P. §. non tantum, de pupil. siue bona mente, ut in l. multi non, de lib. & posth. P. siue ob ingratitudinem exheredat: ut in l. cum quidam, C. de legat. l. ab exheredato, §. fin. de leg. 1. l. in ratione, §. fin. ad leg. Falc. at onus imponere non potest illis, quos non instituit, l. ab eo, §. de fideicommissa. l. coheredi, §. cum filia, de vulg. P. Sic reciproca facta duobus furiosis puberibus exheredatis ob causam ingratitudinis aliquam commissam ante dementia, continebit tantum duas exemplares, seu vnam speciem substitutionis exemplaris. Inson tamen existimauit, in l. in testamento, in d. testa. milit. non posse contineri tantum duas exemplares in reciproca: ratus non posse exemplarem fieri exheredatis, per l. humanitatis, C. de impub. Sed si non adeatur hereditas dementia, duas vulgares ait contineri. Quod si substitutio reciproca fiat duobus impuberibus hereditibus institutis a patre vel auo paterno, quatuor contineri possunt. Nam si ante aditionem decedant, continet vulgares duas: si in pupillari post aditionem, duas pupillares, l. iam hoc iure, de vulga. Atque inter omnes conuenit, pupillares istas contentas in hac reciproca, esse expressas ratione effectus, quamuis sint tacitae ratione verborum: & ideo quia expressae, substitutum excludit ex hac compendiosa matrem, l. Lucius, & ibi Barr. nu. 7. eod. Quod non facit tacita pupillaris, Bald. in d. l. Lucius, col. 6. & ibi Imol. & Alex. Item quatuor substitutiones continebuntur in reciproca, quando fit puberibus mente captis, vel aliis cui exemplariter substitui potest a patre vel matre. Nam continet ante aditam hereditatem duas vulgares, post aditam duas exemplares, in persona cuius. Et si compendiosa reciprocae facte furiosis addatur, octo continebuntur, quatuor proxime explicatae, duae vulgares, duae exemplares, & ultra duae fideicommissariae, & duae pupillares: ut si ita dictum sit, *Impuberes duos meos filios mente captos instiituo, & si decesserint in pupillari aetate, vel post in dementia, vel post quandocunque, eos iniicem substituo.* Quod si compendiosa addatur reciprocae in duobus pupillis non mente captis, sed continebuntur duae pupillares, duae vulgares, duae fideicommissariae: ut si ita dictum, *Instiituo duos filios meos impuberes. & si decesserint in pupillari, vel alias quandocunque, eos iniicem substituo.* Et haec pro exemplis sint, quando duo tantum instituti & substituti iniicem sunt: nam si plures quam duo sunt instituti & substituti multiplicat interpretes numerum substitutionum: ut si octo impuberibus facta sit, totidem geminatae reciprocae.

¶ Quae ¶ omnia intelligenda sunt quando personae institutae & praesentes sunt substitutionum, quas dicimus contineri in reciproca, & a qualis sunt qualitatis, non aliter, l. 2. de impu. C. Nam si pupillo, pubere, & extraneo instituitur, fiat reciproca siue compendiosa, continetur tantum vulgaris reciproca, quia illa pariter in omnibus locis habere potest reciprocae, non aliter, d. l. 2. in testamento. C. de test. milit. l. iam hoc iure, de vulg. siquidem extraneo pupillaris non fit, nec puberi. Et quia pupillus non potest eis pupillariter succedere, non poterunt etiam illi reciprocae pupillo pupillariter in eo casu succedere. Ita disparitas personarum arguit diuersam mentem testatoris, si aliter non exprimitur: alter enim suus, alter extraneus, nec ita extraneus dilectus ut suus, ut pares censetur testator voluisse facere. Nemo enim censetur alienam sobolem propriae anteposuisse, etiam si filium nominatim grauet de restituenda relicta hereditate, generaliter, §. cum autem, de instiit. sub conditio. fact. l. cum axus, de cond. & demonst. P. l. cum acutissimi, C. de fideicom.

¶ Ratio ¶ quia quando verbum referri potest ad duo vel plura, relatio intelligi debet, si aequaliter ea possit determinare. Nec solum in hac substitutione, l. hereditatem, l. quamuis, C. de impub. sed & in aliis, ut in vulgari, d. l. quamuis, pupillari, l. iam hoc iure, de vulga. l. in testamento, 1. de testa. milit. C. breuiloqua, l. Lucius, de vulga. P. in sententia l. si de sent. & inter. omn. iud. C. legatis, l. si legatarius, §. §. cum ita, de legat. 3. & similibus, Barr. & Alex. in d. l. Lucius, Sayic. con. Bald. in d. l. ex testamento. Ideo vnus etiam ex pluribus disparitas etiam inter multos aequales, facit, ne etiam inter aequales admixto inaequali, substitutiones aliter, quam vulgares locum habeant, Guill. Bened. in substi. breuiloq. ad ver. si abque liberis, 2. nu. 37. Si tamen de contraria sententia testatoris constat, eam sequimur,

& breuiloqua ex eius voluntate expressa, ad impares etiam tradu-  
cerur. Probatur autem ea voluntas, vel per scripturam testamen-  
ti, si in testamento expressa est: vel per testes, duos videlicet, si aga-  
tur de militari testamento & voluntate: si autem de pagani, per  
plures, idem Bene. vbi sup. num. 45.

7 ¶ Inæqualitatem tamen seu disparitatem personarum Guil-  
lelmus Benedictus distinctione trium temporum obseruandam  
putat, idem eodem numero 23. 33. 50. 51. 52. 53. 54. Nam aut dis-  
paritas personarum est ab initio, cum sit & duratura est semper:  
ut si fiat pupillo, & puberi reciproca, vel viro sanæ mentis, & fa-  
riolo. In primo namque casu, non continebitur pupillaris, nec  
in 2. exemplaris, sed tantum in vtroque vulgaris, dicta leg. iam  
hoc iure, de vulg. & d. l. 2. §. l. quamuis, de impub. Aut sit ab initio  
personis disparibus, cum quibus postea superuenit paritas: ut si  
postquam pater duos filios instituit suum & emancipatum, & in-  
uicem substituit, pupillaris tunc quidem habere locum non po-  
test, sed vulgaris: ceterum, si post factum testamentum, emancipa-  
tum impuberem adoptauit, facta est æqualitas, sed non ideo reci-  
proca continebit pupillarem. Quia ab initio inæqualitas & dispo-  
sitiõ non potest confirmari ex eo quod postea fit, in l. 1. §. si filius, de  
lega. 3. l. si ita, de auro & arg. leg. Bar. in l. Lucius, Salyc. in d. l. in testa-  
mento, quia per adoptionem fictio non fit eorũ, quæ ante facta non  
sunt, l. qui iure m. l. Aut 3. ab initio quo fit, interuenit in breuiloqua  
æqualitas, sed postea inæqualitas superuenit. Et in hoc casu distin-  
guitur, num in æqualitas superueniat sine facto disponentis, aut ex  
facto eius: si sine facto, puta quia pater duos filios impuberes v-  
num anniculum, alium duodeennem habens, instituit, & inuicem  
substituit, quo casu locum habere possit pupillaris: postea super-  
uixit, & 12. factus est pubes, & ita inæqualitas personarum orta,  
tunc habet locum pupillaris & vulgaris tantum, si pubes superue-  
niat pupillo, Guil. Bened. vbi sup. nu. 4. secus si factio testatoris in-  
æqualitas ferret, puta quia testator emancipasset filium volunta-  
rie, Guil. Bened. eod. nu. 4. vbi rationes. Et hæc expeditam satis ha-  
bent decisionem.

8 ¶ Verum tamen dubitatum est, num sub breuiloqua seu reciproca  
contineatur fideicommissaria: Et melior visa fuit sententia Barto-  
li, in l. 2. de impub. & in l. centurio, de vulg. in reciproca simpliciter  
facta, inuicem substituo, non contineri fideicommissariam: quam-  
uis omnes instituti videantur huius capaces, §. extraneo, de pupil.  
Et hinc recte videtur Alexander, in d. l. 2. de impub. reprehendere  
Baldum, dum is tradit, in l. humanitatis, 15. col. eod. in formula qua  
testator dixit, filium meum heredem instituo, & Titium substituo,  
contineri vulgarem si filius repudiet, & fideicommissariam si ad-  
eatur: quod verbum substituo, sit verbum commune fideicommissa-  
ria: quoque substitutioni, l. generaliter. §. cum autem, in gloss. in  
ver. substituit, de substit. sub cond. fact. Nam, inquit Alexander, hoc  
fallum est, cum neque in compendiosa contineatur fideicommissa-  
ria. Atque verbum substituo, sine commemoratione mortis, re-  
fertur ad directas substitutiones, quæ proprie substitutiones sunt,  
non ad fideicommissariam obliquam, quæ improprie dicitur sub-  
stitutio, Paul. Cust. & Bald. in rub. de impub. C. Et is, cui restituitur  
hereditas, non dicitur per omnia succedere in locum heredis, nisi  
quod pertinet ad iura vtilia, §. restituta, de fideicommiss. hered. l. 1. §. 1.  
ad Trebell. P. sed institutus, qui restituit bona, heres dicitur, nec  
desinit post restitutionem heres dici, Losi sine dot. ma. 8. §. sed quod  
Papinianus, de mmo. 25. an. P. Alii distinguunt, an substitutio reci-  
proca fiat in codicillis, & tunc in ea contineatur fideicommissaria,  
quod codicillis directo non possit dari hereditas, l. hereditatem, 2.  
cum similib. ibi not. per glo. de codicill. C. & in illis directæ obli-  
queatur, & retineatur quarta, l. Scenola, ad Trebell. P. An vero in testa-  
mento: & tunc si a testatore dictum sit, eos inuicem substituo vulgariter  
& per fideicommissum. Extra dubium est, & fideicommissariam  
contineri, ob expressam voluntatem testatoris. Quod si simpli-  
citer breuiloqua fiat, continet in disparibus vulgarem tantum, ut  
dixi. Ceterum, si reciproce addita est compendiosa, cum verbo  
distributio temporis, ita, quandocunque alter vestrum decesserit,  
vos inuicem substituo, breuiloqua continet fideicommissarias, Losi  
in d. l. 2. de impub. Bened. vbi sup. nu. 36.

9 ¶ Sed tamen cum hæc facile tradiderim, operæ pretium est aliud cap-  
tari difficultius expicitam ab interpretibus, luce faciliori illustrare.  
Quod vnica hæc regula intellecta consequemur. Ex dispari-  
bus portionibus institutis pluribus, illisque inuicem seu reciproce  
substitutis, altero illorum decedente, alii vocantur pro modo  
institutionis, l. 1. vbi & hoc tractant interpr. §. l. 3. de impub. §. & si  
ex disparibus, de vulg. l. quoties, 23. ad Trebell. Quia partes appo-

sita in institutione, censentur repetita in substitutione, l. qui libe-  
ris, §. hac verba, l. sed si plures, 10. de vulg. si aliud non sit expresse  
cautum a testatore. Sic et in legatis, seu in p. s. t. t. e. m. referunt ad  
voluntatem primam, ex qua dependent, l. si mihi, & tibi, 12. §. fin.  
de legat. Item secundo, huius reciproce substitutionis natura est,  
habere vt docuimus reciproce successione æquitate. Inam hoc  
iure, l. Lucius, de vulg. l. 2. C. de impub. Proinde superstes quilibet  
non poterit in plus succedere defuncto, quam pro modulo,  
quo ei præorienti successurus fuisset defunctus. Accedit 3. quod  
portiones in testamento delatae videntur institutis a testatore pro  
benemerito cuiusque, l. nec adiecit, pro soc. P. Proinde in substitu-  
tione iidem gradus affectionis, secundum expressam voluntatem  
defuncti, retinendi sunt in substitutione: cum accessorium sequi  
debeat naturam principalis a quo pendet, c. accessorium, de regu.  
iur. in 6. Quemadmodum statuit lex in diuisione facienda a iudi-  
ce bonorum a patre relictorum, l. qua pater, 33. fam. l. c. i. §. P. vt, si  
bona pater diuiserit inter filios, & postea alia quaesierit, & ante di-  
uisionem eorum decesserit, iudex sequatur formulam iam cap-  
tam a patre in reliquis. Ceterum, hæc resolutio temperanda est  
circumstantiis legitimis. Primum, vt ita demum intelligamus  
conclusionem vim habere quando substitutio est absolute breui-  
loqua, vel fideicommissaria, vel vulgaris, & de mente testatoris  
contraria non appareat. Nam si quædam admodum clausa sint, quibus  
doceri possit, testatorem vocasse substitutos ad partem deficientis  
per viriles, illa sequenda voluntas est, quæ in omnibus vltimis  
dispositionibus princeps & regula est, l. si mihi & tibi, 12. §. fin. de  
lega. 1. l. cum de lamionis, §. optimum, de fun. inst. leg. P. l. in condi-  
tionibus, de cond. & demonst. P. maxime in fideicommissis, in l. fi-  
deicommissa, 11. §. item si quis certam, de leg. 3. & omnibus aliis si-  
milibus, l. cum questio, §. fina. de lega. C. leg. non aliter, de le-  
ga. 3.

¶ Colligimus tamen potro voluntatem fuisse testatoris substitutos  
voluisse succedere in viriles, & non pro rata & modulo portionis  
relictae in institutione, si testator iubeat restitui substitutis succes-  
sionem, si modo quilibet certam summam dederit. Nam si ex dis-  
paribus partibus institutis, partem pecuniam singulos dare ius-  
serit, propius est, vt voluerit eos viriles & pares partes recipere:  
si vero summa pecuniae danda congruat portionibus hereditariis  
datis, pro portione accipere debent, l. quoties, ad Senat. cons. Trebell.  
text. Iuliani repetita a Cajo, in l. verum, l. fina. de rebus dub. P.  
Voco hic partes viriles, quando secundum numerum perso-  
narum substitutarum, diuiditur hereditas deficientis: sicut, l. emi.  
§. vbi autem legatarii, C. de cad. toll. & expressus in §. sed ut ma-  
nifestetur, versic. in autem, in ead. l. vni. de cad. toll. l. virilis, de le-  
ga. 1. vocant interdum hanc diuisionem, in capita. Secundo, cen-  
sentur a testatore ex disparibus instituti, in viriles in substitutio-  
ne breuiloqua vocati, si substitutio eorum fiat nomine propria,  
contra, si appellatio, l. veritas, 57. §. fina. de lega. 1. In omniumquam  
24. ad Senat. cons. Trebellia. P. qua iungenda est cum l. quoties, que  
illam præcedit. Idem in l. Lucius, 78. §. Alia si sum, eodem iure.  
Ratio istius differentie est, quia personalis affectio numerat par-  
tes & habetur tunc potius ratio personarum, quam partium seu  
portionum, Baldus in l. de impub. C. Præterea quando substitutio  
fit sub nominibus appellatiuis, fit per vnitate personæ, sine  
interpositione copulatiuæ: vt, heredes meos inuicem substituo. At  
quando fit per nomina propria, necesse est adiici copulam, vel  
punctum nomine eius. Copulæ autem vis est, distribuere vim  
verbi æqualiter inter personas nominatas, copulatas seu coniu-  
ctas, l. reus, §. cum in tabulis, de duobus reis, l. 1. & 2. si pl. vna sen-  
cond. sue, C. Nominatim institutio fiet & substitutio, si institutum  
ex duobus partibus Sempronium, Meuium & filium impube-  
rem: & postea substitutam eidem impuberi Caium, Sempionium,  
& Meuium. Sic enim oportet exprimeret nomina ad effectum dis-  
tinctionum portionum, l. Lucius, §. Meuium filium, ad Trebell. P.  
Quamquam ad effectum certitudinis, in eodem nominatim quod  
exprimi dicatur, non tantum per primum nomen, sed etiam per  
ea quæ certum faciunt: & quandoque demonstratio vices nomi-  
ne agit, l. 2. de lib. & postb.

¶ Per tamen appellationem vero sic institutio aut substitutio fiet, l. 1.  
nominatim, 3. 4. de condi. & demonst. quisquis mihi heres erit eundem  
substituto filio meo, l. qui liberis, §. hac verba, de vulg. vel, heredes in-  
stitutos substitutos substituo: vel, filios meos alios substituo. In quibus  
succeditur tamen pro portionibus hereditatis, non pro virili, l.  
si heredes nominatim, 12. 7. de leg. 1. l. Lucius Titius, 90. §. Luc. Titius,  
de leg. 2. l. liberis esse iussus, §. si de st. lib. ¶ Obiectum tamen inter d. 13.

cor. cur.

concurrere nominationem cum appellatio nomine, quo casu appellatio viriles facit partes: & appellationes nominibus addita, pro certiori demonstratione habentur, ita decisum in specie, l. si communi seruis, 37. de stip. seruo. In quaestione tamen, si testator dixerit, Relinquo ab heredibus quos supra nominavi: vel, substituo heredes, quos supra nominavi. Num heredes isti grauari vel vocati censeantur pro virili, aut pro portione hereditaria. Scinditur Schola Italorum a Gallicana. Aiunt enim Itali, nominatim videri vocatos & grauatos. Quam sententiam sequitur Cynus, in l. 2. C. de impub. Nos autem rectius meo iudicio, contrariam veritatem dicimus sententiam, & nominatos eos appellatio nomine, non proprio, & fideicompro portionibus hereditariis grauatos & vocatos. Quod & defendit Bart. in d. l. turpia, num. 2. de leg. 1. Et in l. Lucius, §. Lucius, de leg. 2. Et iure expressum id reperit, l. si pater filio, 9. de vulg. P. Sed & notandum ex his, si quando quidam nominatim substituti, alii per appellationem inueniantur, illos per viriles partes: istos, secundum portiones hereditarias successuros, adueniente substitutione, l. qui complures, 3. 2. eod. Formula secundum quod fit substitutio breuius loqua seu reciproca, sunt. Prior quae propria & frequentior est. Eos inuicem substituo, l. si plures, §. l. iam hoc iure, eod. Item, vter eorum viuet, l. Titius & Seius, cum l. seq. de hered. instit. l. si fundum sub conditione, §. his verbis, de leg. 1. Est & substitutionis reciprocae fideicommissariae formula, quicungue heredum eorum decefferit sine liberis, alteri restituit hereditatem, l. ubi nemus, C. ad Trebell. secundum Salyc. in l. in testamento, de test. milit. C. Si tamen dictum sit, quicungue eorum decefferit sine liberis, alter sit heres, vel alterum substituo, fit directa reciproca, non fideicommissaria, Guill. Bened. in tract. recipr. num. 1. Cui autem possit fieri reciproca, iam apparuit ex his quae notauimus in explicatione quaestionis, quae contineantur substitutiones sub hac reciproca: & huc etiam transferri oportet, quae in singulis vulgaris, pupillaris, & exemplaris substitutionis tractatione dicta sunt, quae de effectibus earum, & rationibus.

## De Fideicommissaria Substitutione.

## Cap. 28.

Lib. 2. Instit. tit. 23.

- 1 Fideicommissorum origo.
- 2 Fideicommissum improprie quomodo dicatur substitutio.
- 3 Fideicommissum quid dicatur, & de pretore fideicommissorum.
- 4 Fideicommissaria substitutio quid, quatuorplex, de quibus rebus fiat, num. 5. & 11.
- 7 Fideicommissi grauamen imponi non potest ultra relictum.
- 8 Fideicommissum vulgare aliud, aliud pupillare, & eorum vires & distinctio.
- 9 Pupillare fideicommissum quid, & ut expiret.
- 10 Legitima an grauari possit fideicommissum, a persona filii vel eius heredis, disputatur nouo intellectu.
- 12 Fideicommissum quis possit, de forma fideicommissi, & quando feudum veniat in restitutionem fideicommissi, num. 13. & seq. 17.
- 14 Fideicommissum & pure, sub die, & sub conditione fieri potest: & quomodo relinq. nu. 18. 19.
- 15 Familia restituitur facienda, ut regulanda.
- 16 Electio heredis grauari de restituendo vni ex familia, quomodo decidenda.
- 19 Condicio quid, & fideicommissum conditionale ante aduentum conditionis non transferri in suos etiam, praemortente substituto.
- 20 Fideicommissi clausula, si sine liberis moriatur heres, expressa, & tacita.
- 21 Clausula si sine liberis, an per se fideicommissum inducat.
- 22 Filius, qui impedit, non fideicommissum per clausulam, si sine liberis decefferit, superfluum grauato esse debet, & nu. 3. 2.
- 23 Filii tantum legitimi & naturales excludunt substitutum fideicommissarium per clausulam, si sine liberis, & numero 27.
- 24 Legitimus per scriptum principis non proprie legitimus nec eiusdem iuris ac legitimus naturalis. Talis tamen quando succedat proximis patri, nu. 2. 8.
- 25 Adoptiuus & legitimatus iuris eiusdem, & minoris aliquando legitimatus.
- 26 Monasterii ingressus non tollit fideicommissum, si sine liberis ex suo corpore natus moriatur, nec loco filiorum est.

- 29 Filii sunt in conditione clausula, si sine liberis, num. sint in dispositione, & vocati ad fideicommissum, & seq.
- 30 L. generaliter, C. de institut. restitut. sub cond. fact. explicatio.
- 31 Filii in clausula, si sine liberis, quando tacite censentur ex voluntate testantis vocati ad fideicommissum.
- 33 Fideicommissum iniunctum ascendentibus, vel aliis quam descendantibus, non habet clausulam subintellectam, si sine liberis, ut subintellectum in descendantibus.
- 34 Voluntas testatoris praefertur in ultimis voluntatibus.
- 35 Filiorum masculorum adiectio in fideicommissum, si sine liberis, an vocet ad fideicommissum eos masculos.
- 36 Fideicommissarius pater rogatus de restituendo filiis, an vnum eligere possit, & seq.
- 37 Institui aut substitui plures quomodo, & in quibus partibus succedant optime distinctiones copulatiuae & disiunctiuae, & personarum, & aliorum, & seq.
- 38 Distinctiua vel alternatiua dictio posita inter personas, quando resoluitur vel non in conuentionem.
- 39 Substitutus per fideicommissum liberis, an oporteat expectare mortem omnium liberorum: an vero si aliquis illorum decedat, admittatur remissive.
- 40 Institui plures per dictionem cum, quomodo succedant.
- 41 Fideicommissum non inducitur per verba consilii, vel enuntiativae simpliciter, nec ioco.
- 42 Clausula fideicommissaria faciens fideicommissum tantum, si de mente consistet, & persone sint idoneae. Fideicommissum autem in testamento nullo quando valeat, C. nu. 4. 3.

Superest tunc, ut de postrema specie substitutionis, seu de fideicommissum, loquamur. Notum autem est vel initiatis iure, quomodo paulatim ex fide particulari, fideicommissa in necessitatem veniunt sub Augusto, id enim in suis institutionibus iuris civilis Iustinianus, & Theophilus tradunt, in §. 1. de fideicom. hered. lib. 2. Instit. tit. 23. Ideo id prosequi praetermitto. Item quod notius est, fideicommissum non proprie, sed catachrestice seu abusive dici substitutionem, l. tutoris, 40. §. heres, de admitt. iur. quia verba potius iure directo explicari debent, c. 1. de testam. in 6. glo. in l. verbis civilibus, de vulg. Quo fit, ut interpretes dicant, verba statutorum, quae de substitutione loquuntur, non comprehendere fideicommissum. Quia fideicommissarius proprie non dicitur institutus vel heres, l. Lucius, in fine, de leg. 3. l. postulante, ad Trebell. P. nec fideicommissum hereditas, l. si Titius, de leg. 3. cum fideicommissarius non a testatore, sed per manus fiduciarii heredis grauari accipiat hereditatem, l. cogi, & l. quia poterat, ad Trebell. P. Item, quod hoc fideicommissum & sine praecedente institutione relinquatur aliquando, l. si quis cum testamentum nullum, & l. conficiuntur, & l. quod per manus, de iure codicillo. l. quarebat, de mili. testa. l. hereditatem, C. de codicil. §. fin. eod. tit. apud Iustin. Late tamen sumto vocabulo, appellatione substitutionis venit fideicommissum, l. Titia, in 2. §. Scia, de leg. 2. l. generaliter, §. vni autem, de instit. sub cond. fact. C.

Fideicommissum tunc dicitur, id omne quod ex fide alicuius pendet, quasi commissum fidei: unde fiduciarius heredis, cuius fide hereditas restituenda relicta est personae a testatore expressae, l. si postulante, 67. §. fin. ad Trebell. Et ex sola fide instituti olim pendebat haec restitutio, postea adhibita est coactio, cum perfidia fallerent datam fidem instituti, d. §. 1. de fideic. hered. Imo adhibitus praetor, qui de fideicommissis exequendis cognosceret, l. 2. §. primus deinde diuus, de orig. iur. P.

Fideicommissaria substitutio est ea, per quam quis vocatur ex dispositione directi oblique, seu mediante persona alterius, ad hereditatem, vel rem singularem hereditatis. Vel breuius, est substitutio obliqua, per quam testator a persona honorata, aliquid alteri restituit, l. coheredi, §. filia, in 2. respon. de vulg. Et haec finitio maxime pertinet ad fideicommissum quod fit in ultimis voluntatibus. Nam cum fideicommissaria haec substitutio fiat in contractibus quoque, distinguere oportet eam a nostra: puta illam, quae fit in donatione inter vivos, quae admittitur ex l. quoties, de donat. quae sub mo. C. & in l. in donationibus, C. ad l. Falci. in qua non habet locum Trebellianica vel Falcidia, iuxta l. si visus fructus, §. dos, vbi Barto. ad l. Falcid. P. gloss. & interpre. d. l. in donationibus. Cum diuersim videbimus obseruatum in ea quam tractamus, de qua solum agimus. Haec duplex, vel vniuersalis, vel particularis. Vniuersalis est, quando ex ea restituenda est hereditas, vel pars illius in quota, tit. de fideicom. hered. apud Iustin. Nam

hereditas, est quid vniuersum, §. in primis, & §. nihil autem interest, de fideicom. liber. apud Iustina. Particularis, quando iubetur restitui quid particulare, vt seruus, fundus, vinea, &c. tot. tit. de sing. reb. p. fideic. restit. apud Iustina. ¶ Hinc constat de quibus rebus fiat fideicommissaria substitutio, nempe de rebus vniuersalibus, de hereditate, & de rebus singularibus. Et sicut quis potest grauare heredem suum in testamento vel in codicillis, onere fideicommissi restituendi fideicommissario: sic grauare potest illum, cui mortis causa donauit bona sua, vt villa omnia, vel partem illorum, aut rem singularem alteri restituat, l. cum hi, §. idem erit, de transp. l. cum pater, §. eorum, & melius in l. vt heredibus, de lega. 2. l. 1. §. fin. de vad. sol. C. l. 1. (de donat. caus. mort. Potest & fideicommissum imponi ab initio in donatis inter viuos, quæ statim firmantur, non autem postea, l. quoties, & l. perfecta, de dona. qua sub mo. C. in donationibus, ad leg. Falc. ¶ Responsum autem est, quod nemo intuitus potest fideicommissio grauari, vltra quam apud eum de bonis grauatis remaneat, deducto onere, l. cum talibus, §. fin. & ibi Bar. & l. non amplius, §. 1. de leg. 1. l. P. amphilo, §. fin. de leg. 3. l. ab eo, C. de fideic. Fitque computatio lucri grauati, habitatione tantum corporis legati vel fideicommissi, non imputato ei lucri sed deducto, quod ex sua industria ex corporibus legatis vel relictis potuit colligere vltra valorem rei relictæ, l. Imperator, §. si centum, & §. cum quidam, de leg. 2. puta, si vltimas lucratus est, vel si plaris rem vendidit quam valuerit, l. 3. ad leg. Falc. P. Habetur tamen ratio prælegatorum factorum eidem heredi, l. Neenni, eod. Iason in l. ab eo, C. de fideicom. vel si plura eidem ex eodera grauante obuentura grauato sint, l. Titio Seto, §. Scia libertis, de leg. 2.

¶ De rebus pupilli aliquando posse fieri fideicommissum traditur, Vacarius, a Vacuna, lib. 4. Nouar. declarat. iuris, c. 64. num. 11. & lib. 6. c. si. nu. 7. Et ita distinguendum alia diuisione fideicommissum, in vulgare & pupillare. Vulgare est, per quod oblique succeditur testatori: sicut vulgaris substitutio est directa successione delatio. Quo fideicommissio grauatus filius, eius propria bona non continentur, l. coheredi, §. cum filia, de vulga. nec consequenter legitima, quæ sine vilo grauamine debetur, l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. in l. cum ratio de bon. damnato. P. l. fin. C. de codicil. Sicut ex fideicommissio filii per heredem eius detraheretur & insuper Trebellianica, quæ a quolibet herede deducitur in restitutione, §. quia, de fideic. hered. c. Raynaldus de testam.

¶ Fideicommissum pupillare est, per quod oblique succeditur filio: quemadmodum dicitur per pupillarem, l. si fundum per fideicommissum, §. sicut, de leg. 1. In quod veniant omnia bona filii, cuiuscunque generis sunt restituenda: etiam propria, & aliunde quam a patre quæ sita, & ipsa legitima, d. §. sicut. Excepta Trebellianica, quæ a quocunque herede grauato retineri potest, d. c. Raynaldus, de testam. l. iubemus, ad Trebellia. C. Et hoc fideicommissum tantum loci habet in impube decedente in pupillari ætate, nam si pubes factus moriatur, enascitur, l. quod fideicommissum, de leg. 1. sicut & substitutio pupillaris, adueniente pubertate, l. in pupillari, de vulga. Quamobrem præce animaduertendum est Voconio a Vacuna, lib. 4. declar. iuris, c. 64. num. 18. Sed ante Vacunam id docuit Ruinus, consil. 58. post num. 19. lib. 2. Jul. Clarus, lib. 3. Sent. in ver. testamentum, c. 72. num. 3. distinctionem, quam faciunt interpretes de grauamine in legitima, num e filio vel ab herede eius factum sit, hanc diuisione vulgaris & pupillaris fideicommissi temperandam. Dicunt enim filium grauati non posse, nisi quatenus relictum excedit legitimam: nunquam autem in legitima. Ceterum, heredem filii fideicommissi & in legitima grauati posse: Guillel. Bened. in ca. Raynaldus, ad verb. si absque liberis, 2. in compend. substitut. num. 18. & plene ad ver. reliqua, per fideicommissum, §. fin. de lega. 1. & l. cum patronus, de leg. 2. si fideicommissum post mortem filii iniunctum fuit, tractant doctores, in l. coheredi, §. cum filia, de vulga. P. Quod ita accipiendum, ita demum ab herede grauamine in legitima filii imponi posse, si impubes filius vel filia, cui substitutum est, moritur: vt tunc sit fideicommissum pupillare, quo simul cum aliis filii facultatibus legitima continetur, cum per illud succedatur pupillo, d. l. si fundum, §. sicut, de lega. 1. Contra si filius filiaue moriantur puberes: quo casu euanescent pupillare fideicommissum, d. l. quod fideicommissum, de lega. 1. Ceterum, si pater expressè heredi filii prohibeat detractionem legitimæ filii, expedita res est, legitimam ab herede filii grauato nominatim, non detrahi, l. si Titio, §. fina. eodem, & ibi Ias. num. 15. & sequen. & num. 30. in l. ex tribus, num. 2. & sequen. de inoffic. testam. Iulius tamen Clarus tradit, in 3. lib. sen. in. in ver. testamentum, quæst. 72. num. 3. & §. hoc intelligendum esse, quando filius adhuc esset pupillus. Nam inquit, si esset pubes tempore iniuncti fideicommissi, vel postea ad pubertatem peruenisset, tunc indistincte, siue fideicommissum sit iniunctum expresse ipsi filio, siue eius heredi, siue sit in dubio a quo relictum sit, semper detrahitur legitima a fideicommissio. ¶ Constat etiam testatorem posse non solum proprias res per fideicommissum relinquere, sed etiam & heredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cuiuslibet alterius, §. potest autem, de sing. reb. per fideic. restit. l. cum aliorum, 10. l. pradiis, 11. l. heredum, 15. de legat. C. l. sed si, 40. de lega. 1. hoc obseruato, ne plus quisquam rogetur ali cui restituere, quam ipse ex testamento acceperit. Nam quod amplius est, inutiliter relinquatur, d. §. post autem, l. plane, 2. §. fina. l. filius fam. 114. §. vt quis, de lega. 1. l. 1. §. fina. cum sequen. de leg. 3. vbi de §. non solum, & §. quod autem, de leg. apud Iustina. Potest & relictus fideicommissoria libertas seruis, §. libertas quoque de sing. reb. per fid. restit. l. de liberi, 6. & l. fideicommissaria, 10. & tota tit. de fideicom. liber. C. In summa, quæ legari, quæ ve in testatoris ditione sunt fideicommissio onerari possunt: nisi si quid singulari iure prohibetur, & nisi excedat hereditatis doctantem, supra quem grauare non potest testator heredem iure communi, vt postea docebitur Deo fauente, minuentur fideicommissum quarta ex Senatus consulto hereditatum relictæ, §. sed quia heredes de fideic. here. 10. tota tit. ad Senatusconsult. Trebell.

¶ Feudum quoque in restitutione fideicommissi veniat, 14. si grauatur filius: responsum est non venire a Dyno, Bartol. Alexand. in l. si patroni, §. 1. ad Trebell. P. Alexand. conf. 91. Excipit tres casus Bened. cum, in c. Raynaldus, ad ver. si absque liberis, 2. in compendio, §. num. 26. & 27. Si fideicommissarius esset de liberis testatoris, & descendentibus, ad quos feudum deuolueretur: vel si sit de personis comprehensis in inuestitura, vel si receptum esset pro se vel heredibus. In Gallia tamen feuda, exceptis legibus feudodatis, sunt veluti patrimonialia, & possunt libere transferri, vt in feudorū libro annotauimus. Quis possit fideicommittere, si petas respondebo breuiter, quemlibet qui testari vel codicillari possit.

¶ Sed si de formula queratur, secundum quam fideicommissum fiat, res cum tractata non sit, longiorum solutionem exposulat. Explanauimus tamen, quæ verba essent directa, quæve precaria siue fideicommissaria: & diximus obliqua esse, Rogo, peto, deprecor, requiro, volo, mando, iubeo, precipio, fideicommissio, hereditatem restituam. Sed neque vtilitas in his huius fideicommissi præcipua versatur, vtiliora nobis indaganda sunt, & altius res repetenda. ¶ Sciendum igitur fideicommissum, & pure, aut ex die, aut sub conditione relinquere posse, §. potest, de fideic. hered. Et hic formulæ variè mutantur potestatem restituendi. Purum fideicommissum fit, si dies vel conditio non apponatur ad faciendam restitutionem, & præiens est restituito a morte testatoris: veluti si ita dictum sit, Sompronium heredem in iustis, rogoque eum, vt Caio restituat hereditatem, purum est fideicommissum. Et statim mortuo testatore cedit tempus & dies restituendæ hereditatis, & ius quaesitum cõsecutur Caio: vt etiam si moriatur ante restitutionem realem vel verbalem, transmittat hereditatem ad suos: & quamquam institutus nondum agnouerit vel adierit hereditatem, vel decesserit ante aditionem, l. si in persona, C. de fideicom. l. cum ita 33. §. quod a legatario, de lega. 2. Et ita defendunt interpretes, Guil. Bened. vbi sup. in fideicom. substitut. num. 64. & seq. contra quosdam glossas, glo. in l. cum filio, de lega. 1. gloss. in l. a testatore, de condit. & demon. qua ibi docto. reprehendunt. quæ hoc non admittunt, si aditio realis facta non est. ¶ Alia si similis formula puri fideicommissi, vni ex familia restitui volo. Alia, cui volos ex familia, aut quibus volos. Alia, familia restitui volo, l. vnum ex familia, 69. §. sed & si fundum de leg. 2. ¶ In quibus perpetuo purum quidem fideicommissum est, sed electionis perdifficilis quaestio. Nam si testator vtatur formulis: vni ex familia restitui volo: vel, cui volos ex familia, electio est heredis, vt eligat ex familia cui restituat: verum electione facta semel, non poterit variare, cum electio ius quaesitum sit, & statim petere possit, arg. l. huiusmodi, §. Stichum de leg. 1. l. apud Aufidum, de optio. lega. P. Quod si moram in eligendo faciat, omnes de familia petere possunt, quod vni relictum est, l. vnum ex familia, §. rogo, de leg. 2. At si dixerit, cui volos, vel, quibus volos, in electione heredis fideicommissi erit restituito: & plures poterit etiã eligere ex familia, etiã vterioris gradus, l. vni §. si de Falca. Verum tamē si cesset in eligendo heres, omnes de familia ad petitionem fideicommissi admittuntur, l. cum quidam, 24. de leg. 2. Si tamē testator vtatur formula: familia restitui volo, heredi nõ relinquatur electio, sed gradatim admittuntur, qui de familia testatoris erant proximiores, quo tempore is decessit,

decessit, l. cum ita, 33. §. in fideicommissis, eo. Et proinde quando electio heredis est, ante electionem, quod pertinet ad fideicommissum, & cessit, & venit dies fideicommissi & purum ita est, quid sit cedere & venire dicitur, vide l. cedere dicitur, de verb. sign. P. & iij. quan. dies le. ced. P. sed ratione substituti, gain incerto is est, cu pendente cōditione alius ab alio possit eligi, nec cessit, nec venit dies petitionis, d. l. unum ex familia, §. rogo, & §. si de falc. in si. vt transferri fideicommissum possit ante restitutionis moram. Cum aut ab omnib. petitur de familia, cessante herede in electione, cessit & venit dies, quoad omnes simul audiendos, & admittendos si velint, secundū sententiam Scauolæ, qui notat sibi contrarium Marcellum. d. l. cum quidam, 2. q. §. l. si amen, 25. de leg. 2. §. Vlpianus ¶ meminit altiarum for mularum, lex facta, 17. ad Trebell. vt ex Iuliano, heres fidei tua commisso, vt hereditatem Titii restituas, cū esset is qui rogatus esset, a Titio institutus. Et peto vt illi des, aut illi fideicommissum relinquant, Alia a Paulo recepta, l. vbi pure, 19. §. ter rogo. eod. Rogo Lucio Titio, hereditatem meam cum Titio partiaris. Idem enim est ac si dictum esset, rogo hereditatem illam restituas, aut vt heredes facias. d. l. ex facta, 7. §. Ex ¶ die certo fideicommissum iniungi potest, vt post quinquennium, post pubertatem, cum in tutelam suam peruenerit, & c. restituas hereditatem, §. heres, de hered. institut. 17. §. Sub ¶ conditione, quando cōditio substitutioni adiectur. Cōditio dicitur, quando quid in eum causam confertur, qui potest esse, vel non esse, exstat ut. de cond. & demonstr. P. Et hoc fideicommissum, si substitutus moriatur antequā cōditio aduenerit, non transferitur in heredes iure transmissionis, l. vni, §. si in autem sub. de cad. toll. C. quomnis sit filii, glo. & Barr. in l. vni, de his qui ante a. per. tab. C. glo. in l. heredes mei, §. cum ita, ad Trebell. P. text. in l. si in personam, C. de fideicom. Licet glo. in l. si cui sub conditione, §. fin. de actio. asserat cōtrarium, & glo. in l. si in personam, C. de fideicommissis. Quas tamen reiciunt merito interpretes. Et hoc late examinat Guill. Benedictus in c. Raynautius, ad verb. si absque liberis, in fideicommissaria, num. 71. & 72. dicens tamen, glossas veras esse in contractualibus substitutionibus, in quibus sit transmissio: quia ius queritur a die contractus. d. l. is cui sub conditione, de actio. §. ex conditionalis, de verb. oblig. Tale existimant esse conditionem, cum morietur: nam mortis dies incertus est, etsi certum sit moriendum esse. l. de condit. & demonstr. Fideicommissum itaque hoc modo relinquitur, quod & tempus & cōditionem habet: vt restituas vni ex familia cum morieris, cui vobis aut quibus vobis, d. l. unum ex familia, l. heres meus, de cond. & demonstr. Item & illud, veto de familia alienari. In quibus conditionibus vsq; ad mortem heres gravatus potest mutare electionem cum fideicommissi si dies non cedat, nisi post mortem heredis. d. l. unum ex familia. Quod si ante mortem non elegerit, omnes de familia gradatim ad fideicommissi petitionem adiungitur, l. peto, §. a patre, & l. cum pater, ad leg. falc. l. filius sum, §. cum pater, de leg. 1. id est, eo ordine quo admitterentur ab intestato. glo. in l. cum ita, §. in fideicommissis, ad ver. nominati, de leg. 2. hoc plarium interpr. senten. firmat Iulius Clarus, lib. 3. sententiarum, in verb. testamentum, q. 76. n. 12. Soci. conf. 45. nu. 8. lib. 3. conf. 86. eo. vol. Cur. iun. conf. 22. num. 12.

10. ¶ Miscentur ¶ & conditiones in fideicommissis hoc, veluti, Si vita sine liberis decederet Philius, Licinio Protoni hereditatem restituat. l. i. C. de pact. Item, si alter illorum sine liberis decedat, superstiti restituat partem suam hereditatis. l. de fideicommissis, 11. de transf. act. Et hanc eandem conditionem referunt verba, si sine herede moriatur filius. Pius enim Cæsar sic rescripsit, si quis ita fideicommissum reliquerit, fidei tua fili commisso, vt si sine herede moriatis, restituas hereditatem Seio: videri eum de liberis sensisse. Et ideo decedendo sine liberis, extitisse fideicommissi conditionem. l. ex facta, 17. §. si ad Trebell. Quamuis respōsum est, hanc conditionem, si sine liberis, intelligi etiam non adiectam in imposto fideicommissis filio. Nam si suscepit filius gravatus liberis, expirat fideicommissum ex præfata mente defuncti, si de contraria non appareat: nec in dubio præsumitur testator, præiudicium suæ soboli alienam, l. generaliter, §. cum autem de instit. restit. sub cond. fact. l. cum acutissimi, C. de fideic. l. cum auus, de cond. & demonstr.

11. ¶ Existimant porro aliqui hanc conditionem, si sine liberis, perpetuo fideicommissum inducere, gl. mag. in l. precibus, ad verbum fideicommissis, de impub. Repugnant tamen alii, si cōditio illa adiciatur, impuberis institutioni. Nam tunc moriente, institutio in pupillari ætate, substitutio erit directio pupillaris: postea vero, si moriatur maior, fideicommissaria, Dyn. & Barto. in l. centurio, de vulg. P. Ias. & Alexand. in l. precibus, de impube. Bart. consil. 22. num. 1. Quod notabile est, si quidem illa verba si sine liberis, habent locum intra pupillarem ætatem, si impuberibus fiat, & effi-

ciatur directio pupillaris, vt in c. si pater, de testam. in 6. post pubertatem autem interpretanda sunt, vt omni tempore valeat substitutio. in x. l. quous, de rebus dub. P. ¶ Sed ¶ ad hoc vt deficiat substitutio fideicommissaria per hanc clausulam, operæpretium est, liberos relinquere superstitibus tempore mortis grauari. Alter dicendum, si post susceptos liberos & mortuos, ipse heres moriatur sine liberis superstitibus: non enim impeditur fideicommissi restitutio. Et ita iudicatum fuit in curia Parlamenti Burdegal. 4. Augusti, 1510. in causa viduæ domini de Rieux, Susanna de Bourbonnio, referi Papius, lib. 20. Rhaps. arefio. tit. 3. aref. 18. facit, l. ex facta, §. pen. ad Trebell. ¶ Item ¶ secundo, vt legitimi & naturales filii sint, qui excludant substitutum: potissimum si dictum sit, si sine liberis ex suo corpore natis decedat. Quare neque legitimi tantum, nec qui pro filiis habentur, neque legitimi per rescriptū principis, neque naturales tantum excludunt substitutum fideicommissarium. Io. Calderi. in vol. con. tit. qui filii sint legit. cons. 1. Bald. ad l. Lucius, 2. de hered. instit. & in l. si ita quis, §. is cuius, de leg. 2. Salyc. in l. generaliter, §. cum autem, de instit. sub cond. fact. C. l. 7mo. in l. ex facta, 7. col. de vulg. Quia 1. verba intelligenda sunt, secundum naturalem & veram significationem liberorum seu filiorum, qui dicuntur nati tantum ex legitimis nuptiis. l. filium, de iis qui sunt sui vel alieni iur. §. natura si quidem, quib. mo. nat. effi. sui. in auth. §. si aduersus de nupt. apud Iusfinia. Sicq; communis se habet explicatio nominis, & secundum viam loquēdi communem dispositiones testatorum sunt explicandæ. l. Labeo, de supel. lega. P. vel in propria significatione. l. non aliter, de leg. 1. Et naturales tantum illa appellatione absoluta non continentur, nec spurii, hodie maxime. Cum naturales tantum procul a patris successione arceantur, omnimodico coitu reprobatore iure diuino. Et naturales etiam a fendo idolo reiciuntur paterno, etiam si fuerint legitimi rescripto principis. §. naturalis, si de seu. fue. cont. im. domi. &igna in vrb. feud. (Non enim hic loquor de legitimis & legitimis, & eadē iura habent: l. diui Constanti, §. & Linbemis, 6. & l. cum quis, 10. & l. seq. de nat. lib. C. c. 1. & c. tanta, qui fil. sint legit.) Neq; enim rescriptum principis facit legitimum, sed fingit esse legitimum, & iura legitimi dat, vt possit succedere, & alia gerere, quæ tantum naturalibus & legitimis conceduntur. cap. per venerabilem, eod. Atque legitimitas respicit legitimam, non aliorum, commodum vel incommodum, si non contentiam legitimitati. §. filium vero, quib. mod. nat. effi. sui, in auth. Itaque cum in excludendo substituto, clausula, si sine liberis, non respiciat utilitatem filiorum, cum illi non vocentur, nec sint in dispositione, vt paulo post ostendemus, legitimitas non poterit cōmodum adferre patri, vt legitimitatis prætextu fraudem patet substituto: ne ex dolo suo lucretur. l. i. & l. ne ex dolo, de dolo, P. Neque rescripta principum censentur concessa in fraudem vel iniuriam cuiuscumque. l. 2. §. merito, & §. si quis a principe, ne quid in loc. pub. P. l. sicus, §. pen. & §. si serui, vrb. l. 2. C. de prec. Imp. offer. cum similib. Ergo cōditio, si sine liberis, non de legitimis intelligitur, sed de legitimis & naturalibus.

¶ Facit ¶ & arg. de adoptiuis, qui legitimi tantum sunt, & ex iuris fictione, l. si arrogator, de adopt. P. §. minore, eod. tit. apud Iusfin. qui tamen appellatione filiorum simpliciter non veniunt, sed naturales & legitimi, ne veritas imagine naturæ obambretur, vt ait Papinianus. in l. filio quem pater, 2. de lib. & post. P. Et responsum ab eodem Papiniano est expresse, l. fideicommissum, 75. de cond. & demonstr. P. l. si ita quis, 15. §. fin. de leg. 1. §. sed adoptiui, de excusat. substitutionem, si sine liberis quis dicit suum obierit, adoptionis commento non excludi. Quia & in plerisque aliis iuris articulis, adoptiui non proficiunt patri adoptiuo, vt nec eum releuent ab onere tutelæ. d. §. sed adoptiui, l. 2. §. remitti, eod. tit. P. facit §. adoptiui, si de seu. def. fuer. contro. int. domi. & cog. de. Hoc enim genus filiorum adoptiuorum, non naturalis familiæ est, sed inferatū naturalitati, & transituum, & commigrationis in alienam familiam, vt ait Gellius. lib. 5. c. 19. Vnde & dicitur, id est, positionem adoptionem vocant Greci: & qui adoptatus ab Argæo olim, Thefens idcirco dicitur, apud Plutarchum in vita Theci, vbi & ipsum Argæum, Pandionis dicit thetam, id est, adoptiuum. Et ab eadem translatione vocavit adoptionem Demosthenes, ἐπιθυνον, in oratione de thetæ. Et ita vere pater intelligitur is solus, quem lex fecit & natura non dereliquit. l. cum in adoptiuis, §. omnia, de adopt. C.

¶ Proinde, ¶ cum istis rationibus non impediatur substitutum fideicommissarium vocatum, si sine liberis decedat heres, adoptiuus legitimus filius, neque etiam legitimus per rescriptum principis factus: quia legitimus & legitimatus eiusdem iuris & priuilegii dicuntur. gl. in l. in verb. parentibus ad municip. P. gl. si in l. filios



de municipib. & origin. lib. 10. C. Imo minoris in quibusdam legitimitatis, quia legitimitas non proprie legitimus, sed cum nota improprietatis, quasi legitimus, glo. in c. innotuit, in ver. coniugata, de ele. Et restitutio natalium, quae fit legitimatione, l. imperialis, C. de nupt. dicitur fieri quasi natalibus: habet autem dictio, quasi, notam improprietatis. l. posthumorum, de iniust. rupt. P. l. si cum dotem, §. fin. sol. matr. Doctores in l. si ante nuptias, eo. tit. P. Sic aliud esse legitimum, & aliud esse legitimum. glo. in l. cum legitima, de sta. hom. Hic murus igitur aeneus est, neque naturales seu spurios, qui ex damnato coitu orti sunt conditionem, si sine liberis, impedire, ne detur occasio delinquendi, contra l. conuenire, de pactio. conuen. P. & ne damnatus concubitus approbetur. Et quia lex eos non probat, l. legem Anastasis, 7. de natur. lib. C. Neque etiam omnino legitimitas per rescriptum, qui radicem ab hac commixtione habet infestam, & vix auelli a crimine paterno possunt. Neque omnis, qui pro filio habetur, & qualis est ei, qui natus est ex legitimo matrimonio. ¶ Quare et etiam addemus, conditionem, si sine liberis ex suo corpore natis quis moriatur, non deficere per ingressum monasterii. Nam quamuis in monasterio loco filii esse dicatur, §. sed hoc praesenti, de sanctis. episc. in authent. c. in praesentia, de probatio, tamen monasterium non habetur tanquam filius ex corpore ingreditur natus: & ita hic nihil officit substitutio. Hostien. §. 10. And. in c. Raynuitus, de testam. Bald. in authent. nisi rogati, C. ad Trebel. & in l. Deo nobis, de episc. & cler. C. ut in l. Lucius, in 2. de hered. insti. P.

27 ¶ Neque et hic immorandum censo in refellendis argumentis Alexandri, qui legitimos & fictitios filios, & spurios autumat aduersum ea quae diximus, efficere, vt deficiat substitutio. Alex. ab Imola, tomo 5. consil. conf. 2. & 37. vbi disputat has quaestiones Leuia enim sunt fundamenta, quibus costruxit opinionem, & partim iure Christiano subrua, partim falsis suffulta. Nam quod praecipuum habet & angulare, ex l. ex facto, §. si quis rogatus, de vulga. P. vbi naturales tantum faciunt, vt deficiat conditio. Subruitur, ex eo quod ibi apparebat de mente testatoris, quae id voluerat: & quidem iure Pandectarum id poterat velle licite, dum concubinatus permittitur permissum impune habere liberos naturales. l. 1. 2. 3. de concub. P. l. 1. C. eod. Quod tamen recte apud nos antiquatum est, verito vt illicito concubinato, praeter vxorium, c. nemo, 32. q. 4. Et ista sordes naturalitatis tantum, inter faeces & quisquiliis spuriorum coeque sunt: vt interpretari clausulam, si sine liberis, de spuris, non modo non absurdum, sed & impium & turpissimum sit, vt non debeat tam aperte patri contra ius diuinum & humanum, ex illis lucrum accedere, ex quibus poenam meretur, meliusque sit silentio hanc praegeniem obliterare. iuxta l. si quis illustris, ad Officia. C. §. 1. de lenon. in authent. l. 2. de ind. vid. roll. C. Neque turpis voluntas testatoris, vel mandatum quod aduertatur bonis moribus, locum sibi inter Christianos vindicare debet, vt nec gentiles passi sunt. l. si quis in quintis, §. si de leg. 1. l. iur. i. genium. §. praetor ait, de pact. P. l. filius qui fuit, 15. de cond. insti. P.

28 ¶ Neque et etiam verum est, quod in omnibus legitimitas patres fiant legitimis & naturalibus in successioneibus. per §. & quoniam varie, §. reliqui, §. illud, §. adoptionis, §. quia vero, quib. mod. nat. efficit, sui. in authent. §. licet, quibus mod. uat. efficit, legi. in authent. Nam verum id quidem est, si de legitimis per matrimonium agas, c. tanta, qui fil. sint legit. at in aliis, minime. Nisi quod pertinet ad successioneem legitimantis patris & proximorum eius, qui consentiant legitimationi, quibus tantum succedunt ab intestato legitimitas: non autem aliis proximis non consentientibus, quibus tamen succedunt naturales & legitimi. §. filius vero, quib. mod. nat. efficit, sui, in authent. l. communium rerum, 9. C. de nat. libe. Quod autem de potestate principis negatur Alexander, mihi ad voluntatem precedentium facit, cui princeps non censetur, vt monui, iniuriam inferre: ne iniuriae occasio inde nascatur, vnde iura manare solent. l. meminerint, C. vnde vi. Effertque hoc rescriptum contra honestatem publicam & aduersus castos mores.

29 ¶ Ex et clausula tamen superior, si uosa & inuoluta admodum oritur quaestio, num liberi qui sunt in conditione illa substitutionis, si sine liberis moriatur, sint in dispositione: hoc est, num liberi suscepti, qui propter defectum conditionis substitutionis faciunt exprare fide commissum, sint vocati & substituti patri, qui ea conditione grauatus erat, vt illis liberis necessario sit restituenda hereditas per patrem: an vero excluso substituto susceptione liberorum, pater sit liber in dominio ipsius hereditatis, & possit de ea ex arbitrio perinde ac si nulla esset substitutio vel grauamen, disporre. In hac quaestione, sententiae interpretum sunt ex diametro pugnautes. Nam quidam arbitrantur esse in dispositione vt in con-

ditione, & vocari ad hereditatem, vt Baldus in l. 1. de cond. infer. C. Ludo. Romanus, in l. si cum dotem, solu. matr. Petrus Ancharanus, consil. 70. & alii, Soci. in l. cum auus, de condit. & demonstr. & in fin. & consil. 77. num. 4. lib. 1. Curt. Sen. conf. 3. num. 22. Old. consil. 21. cum similib. quos citat Nicol. Boer. decif. 155. num. 19. & Jul. Clar. lib. 3. sent. iuris, in verb. testamentum, q. 77. Quidam tantum in conditione, & non in dispositione, post glo. fin. l. Lucius, in 2. de hered. insti. P. citat plus quam ducentos auctores Iulius Clar. prati. q. 77. & Boer. in d. decif. 155. Ego porro breuitati studendo & facilitati, concludendum cum distinctione arbitror. An conditio, si sine liberis, apposita fuerit pure institutioni extranei: & tunc vere sunt tantum in conditione liberi, non in dispositione vocati, nec videatur testator voluisse grauare institutum de restituenda filiis hereditate. Ita deserunt clausulae hae ex sententia Zenonis Cesaris in fidei commissio apposita, l. liberos, ad Senat. Trib. C. si sine liberis decesserit: & vt liberi restituat. Neque mentio facta aliquarum personarum in conditione, facit institutionem earum, vt in l. si quis eum, 16. §. si de vulg. Lex factio agitarum, 19. & l. si quis ita heres instituitur, de hered. insti. P. l. si quis sub conditione dandorum, si quis omni causis, P. quando videlicet verba enunciativa prolata sunt propter alium, quam quod disponitur, vt in quaestione proposta. Alioquin enim, si verba enunciativa ponuntur in conditione non respectu alterius, sed sui ipsius, & praecedentia & sequentia exigunt implementum, faciunt dispositionem cum conditione, vt in l. pen. §. de colla. dor. P. l. denig. Pegasus, §. §. pen. de pec. leg. P. l. Proculus, §. si de usufruct. & quemad. quis utat. Secundo considero, an institutus & grauatus cum clausula, si sine liberis, sit ex filiis testatoris. Et in hoc casu puro sub distinguendum, an nulla alia coniectura meatis testatoris est quam conditionis, si sine liberis, ex qua possimus inferre voluisse testatorem filios vel natos ex filio succedere post patrem, & tunc quoque, vbi nulla adest alia mentis coniectura, statim conclusioni, vt sint tantum in conditione, non in dispositione. ¶ Nam et praeterea hic scrupulum, quod pater videatur propria sobolem magis dilexisse quam extraneos, Cyn. l. cum acutissimi, de fideicom. l. cum auus, de cond. & demonstr. in P. l. generaliter, §. cum autem, de insti. resti. sub cond. fact. C. nihil ad rem. Siquidem dum patri relinquuntur hereditas, non extranei preponuntur, & presumitur testatorem potius in dispositione filii sui, quam nepotum, remanere voluisse hereditatem. Magis enim dilectus filius, quam nepotes. Quin & relinquendo filio, videtur vna reliquisse, sed ordine & ex arbitrio filii, nepotibus: non per viam substitutionis, ne grauaretur magis dilectus filius, sed per viam successioneis, qua filii nepotes ad patris, non autem hereditatem iure natura & ratione vocantur. l. scripto, vnde lib. l. cum ratio, de bon. dam. P. l. si quidem, in fin. quod met. casu. P. Et hoc ipsum in specie docere videtur l. generaliter, de insti. resti. sub condit. fact. C. vbi susceptis liberis hereditas respectu nepotum dicitur paterna, non autem ibi, omne fructu paterno. & c. Et in §. fin. eiusdem l. verbum transmissionis, notandum est, ex qua succedunt patri filii in conditione positi: vnde indicatur successio ab intestato. l. vni, de his qui ante aper. tab. non ex dispositione filii. Ibi, non concedente ad substitutos eam partem venire, sed ad filios vel filias, nepotes vel nepotes, pronepotes vel pronepotes, transmittenti. & c. Subinde & id firmatur ex l. 1. C. de pact. leg. de fideicommissio, C. de transact. vbi grauatus de restituenda hereditate, si sine liberis decesseret, recte remittit spem fideicommissi, quamuis postea filios cum moritur reliquerit: quae remissio non probaretur, si filii teneretur restituere hereditatem. Quia res quae fideicommissariae restitutioni obligata est, non potest alienari & alienata reuocatur ab herede per fideicommissum substituto. l. si §. fin. autem, & authent. res quae, C. com. de leg.

¶ Aut et aliqua adest coniectura mentis testatoris, qua colligimus voluisse etiam vocare tacite liberos instituti filii: & tunc dicemus filios esse in dispositione quoque & conditione, & vocatos ad fideicommissum. vnde de hoc Iulianus Clar. vbi sup. lib. 3. q. 77. num. 2. & q. 78. Veluti primo, si testator filios filii grauasset: nam tunc & honorasse & vocasse censetur. Barr. ad L. centurio, nu. 37. de vulga. Nam relinqui non potest onus ab eo qui non honoratur, l. ab eo, C. de fideicom. & ita iudicatur, Guid. Pap. decif. 39. Crana. conf. 155. num. 5. Anania. consil. 92. nu. 10. lib. 1. Exemplum demus, ne confundamus hanc clausulam oneris cum alia clausula, quam ad onus falso plures referunt: nempe, si filius meus sine liberis, & liberi eius sine liberis. Vbi nullum cum sit onus liberorum, ponunt tamen ab urde. Ergo exemplum est oneris in hac clausula, Instituo filium meum, & si filius meus sine liberis decesserit volo vt restituat hereditatem meam Titio. Et si filii nati vel nascituri ex ipso filio meo instituto.



- 38 ¶ At si plures personæ, inter quas affectionis ordo cadit, vocantur per alternatiuam: puta: *instituto Titium, vel eius filios*, tunc videatur vocati non simul vel semel, sed ordine successiuo. Primo Titius, deinceps eius filii per fideicommissum & in hoc conueniant omnes interpretes. *Deci. consil. 95. num. 4.* Obseruat tamen oportet. *l. pen. C. de verb. sig. quæ per disiunctiuam vocatos, æquali lance vocatos ait, & resoluti in coniunctam: nisi dicas æquali lance succedere, scilicet ordine vel simul, si aliud non prohibeat.* Quare si quis substituat filios vel nepotes Titii, disiuncta non resolutur in coniunctam, propter ordinatam affectionem, vnde mens testatoris elicitur: neque quamdiu aliquis ex filiis supererit, vllus ex nepotibus admittetur. *Paris. consil. 21. num. 11. vol. 3.* & dispositio facta de personis, quæ mutuo sibi succedere possunt ab intestato, in dubio intelligitur eo modo & ordine, quo de iure communi vel municipali ad successionem ab intestato vocantur. *Socin. consil. 104. num. 26. n. 1.* vt si omnes de familia nomine collectiuo vocati sunt. vt, *Substituto omnes de familia mea*, censentur vocati gradatim etiam plures, sed in eodẽ gradu proximiores. *l. si. C. de verb. sig. gl. in l. cum ita, §. in fideicommissis, in verb. nominati sunt, de leg. 2. Soci. consil. 43. n. 8. & consil. 86. n. 8. l. b. 3. Curt. iun. consil. 22. n. 12. Paris. consil. 3. num. 4. l. lib. 1. & consil. 38. n. 1. lib. 2. conf. Vnde sequitur, vt quia oēs, qui in eodẽ gradu sunt, æqualiter ab intestato succedunt siue filii sunt, §. 1. de here. ab intest. veni. in auth. siue remotioris gradus, §. si vero neg. fratres, eo. & filios quoque vocatos ad fideicommissum æqualiter: neq; in electione patris esse, alteri ex illis eligere. Quia par affectio præsumitur testatoris, nisi contrarium appareat, in omnes, ac erga vnum ex filiis: omnes enim in eodem gradu.*
- 39 ¶ Porro si si libeat prosequi vltra, num, si liberis liberi vel alii substitui fiat, oportet expectare istos, qui substituti sunt liberis, mortem omnium liberorum: aa vero vao moriente, substitutus vel substituti per fideicommissum ad illius partem admittantur, vide quæ tractantur in l. cum quidam duobus, l. 10. & ibi gl. de impub. C. Bart. in l. heredes mei, §. cum ita, ad Trebellia. P. l. pen. de inst. rup. irri. testam. P. ¶ Ceterum, ¶ quando plures personæ, inter quas cadit ordo affectionis, vocantur per dictionem, cum, vt, *instituto Titium cum Manio eius filio: hoc casu, Titius & Manius admittantur simul & semel, non ordine successiuo. In sim. Gallus, §. quidam rite, num. 30. de lib. & postb. P.* Si vero plures vocantur nomine collectiuo cum aliis, sub duplici denominatione puta, *instituto Titium & nepotes Manii*, ut potes plures pro vna persona habeatur, & diuidant hereditatem cum Titio in partes æquales, idipsum in substitutione. *Soc. iun. consil. 104. num. 25. l. b. 1. Iul. Clar. in 3. lib. in verb. testamentum q. 80. num. 7. facit l. si quis Titio, 2. resp. de vusu fructu accref. Vide tamen latius hanc questionem tractatam, in l. si in text. & gl. & ibidem per interpretes. C. de impub.*
- 40 ¶ Sed ¶ hæc hæcenus de clausula, *Si sine liberis*, dicta sint, quam mitteri conditionali mortis fideicommissio diximus. Pergo, dicoque & alias conditiones apponi posse, vt in *l. fideicommissa, l. 1. §. cum esset, & §. fideicommissum, §. si cui, de leg. 3.* secundum voluntatem testatoris per qualiacunque verba, dummodo sint dispositiua. *l. 2. C. com. de leg.* Verba namque consilii, vel adulatoria non inducunt fideicommissum. Quia mens fideicommissi tendi testatoris non apparet. *l. general. capite. 32. de vusu & vusu fructu leg. P. l. cum pater, 79. §. mando, de leg. 2. l. pater filium 35. §. pen. de leg. 3.* Nec verba simpliciter enunciatiua probant mentem, si Papa, cap. 10. & ibi inter. de priuileg. in 6. nisi quod factum est ab enuntiant referant, idque sine præiudicio alterius, & tantum vt probent contra referentem & contententem. *Lex hac scriptura, 16. de donatio. in P.* Neque verba iactantia de instituendo aliquem heredem, cum heredem faciunt. *Leius bona, 31. de testam. P.* Nec si quis ioco dixerit, *ego te heredem facio. l. diuus Traianus, 25. de milit. testam. P. l. si. C. de test.* Vt neque obligatio nascitur ex his, quæ promittuntur loco, vel enunciatine demonstratiõnis causa, *l. obligatiõnum substantia, 3. de act. & obli. P.* aut si consilii causa alicui mandata sunt. *l. 2. §. fin. manu. P.* Excepta semper, vt in noui, voluntate testatoris contraria, qua & per verba enuntiatia inducitur fideicommissum, si ad grauatum diriguntur: exempla passim in iure occurrunt. vt in *l. vnum ex familia, §. fin. & l. peto, 71. in prin. de leg. 2. l. pater filium §. pen. de leg. 3.* Atque Vlpianus sic respondit, hoc sentit, *l. etiam hoc modo, 118. de leg. 1.* Etiam hoc modo, *cupio ut des, opto ut des, credo: & durum fideicommissum est.* Addit Neratius, *l. & eo modo, 121. eod. & eo modo relictus, exigo, de fidei. ut des, fideicommissum valet. Sed & ita volo hereditatem meam Titii esse.* Scio hereditatem meam te restituendum Titio.
- 41 ¶ Porro ¶ fideicommissa quocunque sermone relinqui possunt, Latino, Punico, Græco, vel alio, *l. fideicommissa, 11. de leg. 3.* ab in-

testato, & ex testamento in epistola, *l. 1. §. hoc autem Senatusconsultum, ad Treb. l. eam quam. l. & in epist. & lex testamento, C. de fideicom. §. præterea, de fideicom. heredi. & in testamento nullo, puta ex defectu solennitatis: dummodo ei appositæ sit clausula: *Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. Gai. Benedic. in ver. si absq; liberis, in fideicommissaria, nu. 7.* ¶ Formulæ ¶ fideicommissorum prædictæ & similes, ita demum fideicommissum ponunt: si de formata seu certa voluntate appareat disponentis, siue in testamento, siue in codicillis, vel sine scriptura, in *l. & sine scriptura, §. ad Senat. Trebell. C.* aliter probata: & si legit max per personam suam, seu idoneam, quibus restitutio facienda est. De illis igitur pauca & de reliquis, quæ ad fideicommissa pertinent, dicenda sunt.*

Deiis, quibus fideicommissum relinqui potest: & de reliquis, quæ ad hanc substitutionem fideicommissam pertinent.

## CAP. 29.

- 1 Fideicommissum olim relinquebatur factionis passiuæ testamenti incapacibus: & incapacibus: quo autem successu caperit approbati, nu. 2. & 3.
- 4 Fidem per fideicommissum incapaci relinquendo accommodare non est licitum.
- 5 Filiis spuris quomodo non liceat fideicommissum relinquere, item & alius.
- 6 Fideicommissum indigno relictum quando fisco applicetur.
- 7 Fideicommissaria substitutionis finis & effectus aliqui.
- 8 Fideicommissum purum, non conditionale transmittitur.
- 9 Fiduciarius heres etiam incapax quando cogitur adire, & quare, & quibus actio. nu. 10. & 11.
- 12 Fideicommissi restitutio re & verbis fit, & quomodo.
- 13 Substitutionis fideicommissaria ius quando transeat in heredem substitutum, & ante restitutum hereditatem mortuo.
- 14 Fideicommissi restitutio que simul continetur restituenda.
- 15 Fiduciarius non caret restituendo fideicommissario, sed contra fideicommissarium fiduciario de euitione rerum.
- 16 Prælegata quando veniant in restitutionem fideicommissi.
- 17 Conditionis implenda fideicommissi causa quando restitui debeat ab instituto fideicommissario.
- 18 Sepulchri ius remanet penes institutum restituentem fideicommissum.
- 19 Præiudicium percepti hereditatis a grauato quando non restituuntur cum fideicommissis, & 20.
- 21 Restitutio fideicommissi, quando ante diem fieri vel non fieri possit.
- 22 Donatio facta uxori non venit in restitutionem fideicommissi ei iniuncti a marito.
- 23 Restitutions ius subiecta quando recte a fiduciario alienentur, & an reuocari a fideicommissario possint: & quando ille agere possit, & quas actiones habeat. nu. 24. & 25.
- 26 In restitutionem fideicommissi non veniunt quadam alia remissione annotata.

¶ Personæ, ¶ quibus olim fideicommissaria restituenda erat hereditas vel legatum, factionem non habebant, vt plerumque testamenti: nam illis cum non possent hereditatem vel legata aperte relinquere, restitui fideicommissi debebant illorum, qui ex testamento capere poterant. *§. 1. de fideicom. heredi.* Et ita primis temporibus infirma erant fideicommissa, quia nemo iniustus tenebatur præstare, vt pote quod si des esset data aduersus ea, quæ a lege prohibita erant, *l. non dubium, C. de legib. l. pacta que contra, C. de pact. l. si uis gentium, §. prator ait. eod. P. l. si quis inquitinus, §. fin. de leg. 1.* cum quid enim directe prohiberetur, non debet per obliquum in fraudem legis permitti, *l. cum quid, de reg. iur. cap. 2. de procur. c. constitutus, de conce. prob. l. 4. §. is autem ad Senat. Mac. P.* Inpositione personarum, vlti. de donat. int. vir. & uxor. l. hac ratione, §. non tantum, eod. tit. in P. c. sicut non suo, 46. dist. Quo casu & plures habebant perfructus exultationem in male promissis fidem rescindendam. *c. in malis, c. vnu quicq; 22. quæst. 4. cum simi. ¶ Fuerunt ¶ & aliquando postea relicta fideicommissa incapacibus sub eadem fide accipientium, certis de causis indirecto, fides tamen accommodata honestis & bonis voluntatibus non implebatur, vt plerumque ab heredibus, cum de modo hoc disponendi nondum statutum fuisset. Ideo clam ita factum & indirecto, videbatur ad quamdam legis transgressionem pertinere, vt prædicta, quæ relinquebantur incapacibus. arg. l. si. de rit. nu. 1. P. l. non intelligitur, 3. in prin.*

primo. Et si de iure fideicommissi. Neque ob eam causam cogendi erat a-  
 ctio. de iure te lege, qua hanc approbare voluntatem. *Confide-*  
*rimus, de iure. Et semel. Lillam, C. de collat. ¶ Quamobrem ¶ con-*  
*stitutus primus data cura est Augusti cognoscendi de hac fide-*  
*commissa, neque ut viderent, si contra leges restitui facienda iniun-*  
*cta fuisset, ut tunc improbaretur. In contra, impleretur. A con-*  
*stitutibus ad ordinariam iurisdictionem pratoris, §. i. de fideic. hered.*  
*apud Just. l. 2. §. post de iudic. de orig. iur. P. l. 2. C. qui potio. in pign.*  
*hab. l. quæ situm. 17. l. per legem, de lega. 3. l. si cui, de cond. Et demonst.*  
*P. l. 4. n. si. qui ad li. proclam. poss. & in prouincis præfidum, l. cum*  
*etiam, §. de reb. cre. d. C. item, hac de re transit in octo. Leges dein-*  
*de late sunt, quæ omnibus magistratibus formam iudicandi de i-*  
*stis imponerunt: ut etiam nunc implorato officio iudicis extra*  
*ordinem interpellare possint, l. pecunie, 178. in fine, de vel. b. signif.*  
*fidei elufores, & cogi, l. cogi, §. l. quia poterat, ad Senat. Treb. P. tan-*  
*quam creditores, l. in fraudem, 27. qui §. a quibus manu. lib. non fiant.*  
 ¶ Insuper ¶ tamen est legibus, ne ius antiquum & optime con-  
 stitutum laederetur, ne incapaces factionis testamenti, qui & præ-  
 sentibus legibus tales sunt, per obliquum institui possint, ne illis  
 fideicommissum relinquatur, vel vniuersale, vel singulare. Quapro-  
 pter etiam nunc non licet accommodare fidem retinendi perso-  
 nis prohibitis, l. i. de heredib. institut. C. leg. 3. de his que pro non scri-  
 hab. l. omnib. 26. ad Senat. Treb. P. Nisi licite, inquit Martianus,  
 l. filius familias, 17. §. si quis alicui, de leg. 1. ubi glo. explicat vniuersum  
 tam ipse non est inueni legator, ut si minor legatur militis. C. de qua-  
 litate rei, in l. legatum, §. vni, de an. leg. quæ relinquantur, quod ipse  
 quidem propter corporis sui vitiū, vel propter qualitatem relicti, vel  
 aliam quam: unquam probabilem causam habere non potuit, alius tam-  
 en hoc habere potuit: nam tunc quantum solet comparari, tantum a-  
 stimationem accipiet. Si testator scierit qualitatem eius cui relin-  
 quit, non enim etiam aliter æstimatione debetur. l. fideicommissa, 11.  
 §. si seruo, de lega. 3.  
 ¶ Non ¶ licet autem relinquere directo, nec consequenter per  
 fideicommissum filiis ex damnato coitu natis, adulterinis, ince-  
 stuosis, nefariis, §. si quibus. mo. nat. eff. sui, in auth. auth. ex complexu,  
 de incest. nupt. C. auth. licet patr. de nat. l. i. c. per vnoerabilem, in si qui  
 sit, in legit. spuriis, l. humanitatis, §. cum aut. seq. de nat. lib. excep-  
 tis alimentis, id que de æquitate canonica & elemosinæ causa,  
 non aliter, c. cum haberet, in fin. de eo qui duxit in mari. quam prius  
 poll. per adulterium, §. ibi glo. idem iuris est de aliis, quibus iura  
 prohibent aliquid relinqui, quorum aliquos enumerat glo. in §.  
 legari, de leg. apud Iustin. & gl. i. in l. i. de iure filii. P. Et in sum-  
 ma omnibus non expresse prohibitis licet relinquere fideicom-  
 missum: siue singulares sint, siue faciant vniuersitatem, vel colle-  
 gium, vel ecclesiam, item ciuitati, villæ, castro, sub nostra ditione  
 constitutis, l. omnibus, ad Treb. l. 3. C. eo. l. i. de sacrosanct. eccles.  
 ¶ Incapaci ¶ fideicommissum relicto, fisco deferunt. Et qui  
 contra leges, vel in fraudem earum, tacite fidem accommodauerit  
 de eo restituitur, priuatur omni commodato. l. i. de delato. lib.  
 10. Cod. l. i. l. cum tacitum, 49. leg. ita fidei, 40. de iure fidei, in P. l. heres  
 qui tacitum, 11. de iis quibus ut videtur, P. l. etiam, 3. C. ad leg. Falco. l.  
 beneficio, 9. cod. P. In fraudem tacite accommodare quod sit, ex-  
 plicat & docet Callistratus, in l. 3. in primo. §. i. c. 2. de iure fidei. P.  
 Si quis autem cum rogatum se indigno restituere sine fraude relicti  
 se derulerit, præmū delatoris retinet, de quo in l. edicto, de iure  
 fidei. P. & in l. vni, de iis qui se defer. lib. 10. C. Ut excusatur pœna  
 qui palam rogatur, l. 3. de iure fidei. P. vel si seruus, l. si tacitum, ad  
 legem Falcois, vel filius est, l. in fraudem, §. si de iis quibus. ut indign. P.  
 qui rogatur restituere indigno.  
 ¶ Ceterum ¶ fideicommissatæ substitutionis approbatæ fines  
 & effectus sunt plures, singulares quosdam prosequor. 1. Ut he-  
 res scriptus in testamento nullo ex defectu solemnitatis, puta quia  
 testes non sunt adhibiti secundam leges, ut filius est præteritus,  
 unde iustitatus decessit videtur testator: si in eo clausula appo-  
 sita est: Si non valet iure testamenti, valet iure codicillorum, herede-  
 de ab intestato venientes teneantur restituere hereditatem in-  
 stituito, tanquam ab intestato per fideicommissum vocato. Quæ  
 decisio est aurea & notab. Guill. Benedic. in c. Raynut. ad verb. si  
 absque liberis in fideicommissaria, nu. 17. & 18. quod & prorogatur ad  
 testamentum inutile, sine illa clausula expressa, si tamen subintel-  
 ligi potest: quam ex quadruplici causa suppleri tradit, ex æqui-  
 polleatibus clausule codicillari testamento appositis, ex iuramen-  
 to testatoris, ex magno amore quo diligebat institutum, ex con-  
 suetudine patriæ. Alioquin ex minus solemnī voluntate non de-  
 bentur fideicommissa, nisi per heredem sint agitata. l. si veritas, C.

de fideicommissis. ¶ Alius ¶ effectus, ut purum transmittatur fideicom-  
 missum, ut dictum est, sup. proximo c. n. 13. 14. 15. Et seq. vide quoque  
 de hoc Guill. Bened. in ver. si absque liberis, in fidei. substit. n. 63. 64. 65.  
 66. 67. 68. 69. 70. non conditionale. ¶ 3. Ut ¶ propter vim datam  
 fideicommissis heres cogatur restituere in iuris hereditatem, vel  
 rem fideicommissam substituto, l. cogi, 16. §. l. quia poterat, & sequ.  
 vsq. ad 17. ad Trebell. P. §. i. de fidei. hered. secundum formulā qua-  
 litatis fideicommissi, vel puri, vel conditionalis, vel in diem, ne  
 pereat fideicommissum: siue heres sit capax hereditatis adeunde,  
 siue incapax factus fuerit ex propria culpa, vel delicto, post capa-  
 citatem tamen in eo existentem tempore mortis: puta, quia in-  
 dignus factus fuerit, vel ex aliquo eius facto hereditas fisco vindica-  
 ta fuerit. Nam fisco tantum partem fideicommissarii retinet  
 ex Trebelliano, doctantem vero restituit substituto, l. Marcellus,  
 §. §. in ad Treb. eo iure quo grauatus incapax factus retinisset, &  
 tam diu, & vsque ad diem restitutionis. l. Statius Florus, §. Corné-  
 lius, de iur. fidei. P. Sic enim inspicimus in hac restitutione potius  
 capacitatem substituti, quam grauati: nisi grauatus incapax fuisset  
 omni tempore institutionis, ut est tunc pro non scripta habeatur.  
 glo. in l. eam quam, C. de fidei. Quo casu perit substitutio, nec ve-  
 nientes ab intestato, aut fisco tenentur restituere fideicommissum.  
 l. si in metallum, de iis quibus ut indign. Exceptis tribus casibus,  
 in quibus fit restitutio, 1. si incapax sit propter delictam a graua-  
 to circa testamentum commissam, l. filius, §. si ad leg. Corn. de subst.  
 l. in de his que pro non script. habe. aut si 2. heredis institutio non  
 valeat ob errorem testatoris, l. eam quam, C. de fidei. facit l. in. de  
 hered. instit. P. aut 3. si fideicommissum esset ad pias causas reli-  
 ctum. l. pater filium, §. Julianus, de lega. 3. videndus de istis casibus  
 Guill. Bened. præd. loc. num. 75. 76. 77. ¶ Cogitur ¶ etiam & fuis se  
 immiscere hereditariis, si grauatus sit: quia per beneficiū abstinen-  
 di comparatur extraneo. l. nam nec emancipatus, de lega. 1. Extra-  
 neus autem cogitur adire, etiam si repudiasset hereditatem, Barr.  
 ad l. i. tamen, §. si pater, ad Treb. P. ne fideicommissum pereat volente  
 substituto, & eius periculo, l. quia poterat, eod. adiri.  
 ¶ Coactio ¶ restitutionis fit duplici remedio, veluti ex duplici  
 causa: nam aut non vult heres grauatus adire, nec per consequens  
 restituere, & tunc officio iudicis cogitur, d. l. quia poterat, eo. §. quia  
 autem, de fidei. hered. Aut adit sponte quidem, sed non vult re-  
 restituere: & tunc actione directa vel vili ex testamento, glo. in l. 3.  
 sine scriptura, §. ad Treb. C. Quod si heres iustus adire, repudiet, &  
 intra illud tempus, quo iustus est, decedat sine aditione, ut fraudaret  
 fideicommissarium, si habeat substitutum vulgare, ille resti-  
 tuere cogitur, l. non iustam, 3. eod. sin minus, heres eius cuiuscun-  
 que generis sit, siue testamentarius, siue ab intestato, l. post confan-  
 guineos, in fin. de suis & legit. hered. C.  
 ¶ Restitutio ¶ fit, aut re, aut verbis. Re ipsa, si passus est graua-  
 tus res hereditarias, aut totas aut aliquas possideri a substituto, ea  
 mente, ut is velit restituere, & ille suscipere. Verbis, si verbo vel  
 per nuntium, vel per epistolam dicat se restituere, vel iussu eius a-  
 lius restituerit, vel sine iussu factam ratam habuerit restitutionem,  
 l. p. in l. restituta, 37. §. l. mulier, 41. §. seq. l. postulante, 44. §. l. facta,  
 63. ad Senat. Trebell. P. obseruatis personis, quæ solæ vel cum tuto-  
 re, vel auctore restituere debent, l. i. §. fuis quæ situm, §. d. l. restituta,  
 §. si eo. Et hæc accurate ex iure scripto seruanda sunt: quo, si here-  
 ditas adita non sit per heredem, & is antequam interpellaretur de adi-  
 tione, & post tempus deliberandi mortuus fuerit, extinguatur fi-  
 deicommissum purum, l. ille a quo, §. si de testamento, ad Trebell. nec  
 debetur ab eius herede, nisi post mortem eius esset locus trans-  
 missionis in heredes, ut si grauatus sit de suis, l. i. tamen, §. si pater,  
 eo. P. l. vni, de iis qui ante ap. tab. C. vel intra tempora deliberandi  
 transmittat ius adeundi, l. cum antiquior, de iure delib. C. vel ad sine  
 casus alii, in quibus hereditas non adita transmittitur, vel graua-  
 tus minor 25. annis decederet, quo casu etiã iste ad heredes trans-  
 mitteret ius adeundi, l. cum antiquior, de iure delib. C. vel ad sine  
 fationum substitutorum. Panorm. de acq. hered. facit in arg. l. cum  
 in plures messes, locat. P. probat l. quod si minor 25. l. si minoris ætatis,  
 de adm. tut. P. aut si post interpellationem adeundi mortuus est,  
 ut dictū est. In Gallia tamen, quia fideicommissi restitutio potius  
 dicitur successio quã solutio, l. non enim solutio, 38. ad Senat. Treb.  
 & cum successiones non exigant illam necessario realem & for-  
 malem aditionem, sed mortuo testatore vel grauato statim ex con-  
 suetudine in possessione censeatur heres propter illam consue-  
 tudinem, qua le mortuū sicut le vis & prochein heritier, ut de suis iura  
 responderunt, l. in suis, de libe. & posth. l. cum miles, in princ. ex quibus  
 cau. maio. lo. Fab. in si. de inter. ap. l. si. l. i. traq. tract. le mortuū sicut le vis.

- 13 ¶ Sic ¶ dicitur ob defectum restitutionis interpellatæ tamen vel ex eo quod heres ipse nolu radire, vel aliter non adiu hereditatem, non ideo expirare substitutionem, si tamen dies cesserit & venerit pendente vita grauati & substituti, sed perinde est ac si fuisset restitutio facta. Et ita iudicari in curia suprema Tholosana notat Guillelmus Bened. Et ad c. Raynuntius ad ver. si absque liberis, 2. in fideicommissaria substitutione, num. 85. Et idem Guill. Bened. eo. in substit. com. num. 65. Et ad verba, mortuo itaq; testatore, 2. nu. 71. 72. Et seq. ubi explic. illud axioma le mort fait le vis, facit l. facta, 63. ad Treb. P. Idque secundum æquitatem canonicam, quæ id. plurim receptum est, per c. in præsentia, quod ad id pöderat Balduus, de probat. apud Gregor. Sicque consuetudo facere potest, vt sine acta aliquo extrinseco transferatur possessio realis, vt in l. rattores, in fin. in illis verbis, plenissima possessio, Et c. C. de episc. & cleric. ¶ Et ¶ his explicatis & distinctis planum fiet facilius, quid veniat in restitutionem fideicommissi. Nam palam est ex prædictis, corpora hereditaria restituenda, item omnes actiones hereditarias actiua & passiuas transferri in fideicommissarium, sine periculo ipsius grauati, ex præuisione Trebelliani Senatusconsulti facti sub Nerone Anneo Seneca, & Trebellio Maximo Confil. l. 1. in prin. eod. §. restituta, de fideic. hered. si consules fuerunt, successi in locum P. Marci Celsi, Et Ajnsi Galli mortuorum. Quo etiam virique, & vocato & grauato prospectum est. Nam & heredes conueniunt a creditoribus exceptione vtantur: vt & illi, in gratiam substitutorum quibus restituerunt, si agant contra debitores hereditarios, repelluntur exceptione, quæ fideicommissariis agendi facultas competat. d. l. 1. §. sublata est.
- 14 ¶ Idcirco, ¶ nec debet cauere heres de euictione prædiorum vel mancipiorum, vel certarum rerum fideicommissario, cum restituit hereditatem: quia in contrarium cauere heredi oportet, si quid euictum esset eorum, quæ ab ipso herede venissent, scilicet iure, vt ait Neratius. l. de euictione, 89. ad Trebell. P.
- 15 ¶ Restituit ¶ & heres grauatus prælegata, si post prælegata rogauit defunctus heredem portionem suam absolute restituere non autem, si rogauit tantum portionem hereditariam restituere, l. 3. §. quidam liberis, in fideicommissariam, 69. §. si eo. aut si postquam rogauit de restituenda portione, eidem prælegauit, l. Titius, ad leg. Falc. P. vel prælegata alienari prohibuit, etiam si adiecta sit clausula, vt quicquid ad heredem hinc peruenerit, restituatur. l. Lucius Titius, 78. §. pluribus, ad Sena. Treb. P. Quamuis ista clausula sui natura exigat, nisi de voluntate contraria appareat, restitutionem quoque prælegatorum. in l. cum virum, 16. C. de fideicommissis.
- 17 ¶ Non ¶ restituitur quoque quod heredi dandum est, vt impleat ipse conditionem restitutionis, nec ei auferendum, si coactus restituat, si accipiat a legatario particulari, l. qui heredi dare, 44. §. cum hereditas, de cond. Et demon. contra si capiat a fideicommissario vniuersali, l. si quis, de cond. insti. P. ¶ Restituta ¶ quoque hereditate iura sepulcrorum apud heredem manent, l. quia perinde, 42. ad Trebell. P. Et ius patronatus ecclesie, vt ait idem Bened. ad ver. si absq; liberis, 2. in compendioso, num. 24.
- 18 ¶ Sed ¶ queritur, num fructus hereditatis a fideiuario herede restituendi sint substituto: an vero retineri possint. Et in hac questione deciperetur qui sequeretur Angelum, qui consilio 331. ponit regulam, grauatum non teneri restituere fructus, septem exceptis casibus. Quare reminisci oportet distinctionis modi fideicommissi, seu substituti restituendi semper erunt, l. ita tamen, §. si seruum, ad Trebell. P. & quocumque hereditati iacenti accessit, vel per vturas, vel serui hereditarij industria. leg. deducta, eod. Contra, si post aditam percepti sint, vel vturæ aduenerint, vel seruus hereditarius hereditatem ab am quæserit: quia hæc apud heredem ad eum remanent. l. in fideicommissariam, l. postulante, §. sane §. fin. Et d. §. si seruum. l. in tamen, Et l. facta, §. si heres, eod. Et que ante aditionem accedunt hereditatis restituendæ nomine veniunt, quæ veto postea percipiuntur, cum adita hereditas non amplius sit hereditas, sed heredis bonis annumeretur, heredi quærentur non hereditati, d. l. in fideicommissariam. Et de his restituendis nõ censetur grauatus. l. facta, §. heres, eod. Nisi testator dicat velle hereditatem cum fructibus restitui, tunc etenim cessat præsumtio, & fructus quoque restituendi sunt, d. l. in fideicommissariam. Fructus voco, quicquid ex hereditate percipi potest, quicquid fert hereditas: sic fructus a ferendo dicti videntur. Varro 4. de lingua Latin. l. in eis fundis, Et l. arboros, de vusu. P. l. disortio, §. si vir, solus.

matr. P. l. in pecudum, de vusu. P. §. in pecudum, de rer. diuisi mercados, de petito. hered. l. prædiorum, Et l. vtura, de vusu. l. in fructu, de vusu. leg. a. P.

¶ Hic ¶ tamen quis mirari poterit, cur heres qui tenetur pure restituere, non teneatur ad fructus post aditionem perceptos, cum videatur cessisse & venisse dies restitutionis post aditionem & restitutionis nomen omnem causam & fructus perceptos contineat, quos habiturus fuisset substitutus, si statim facta fuisset restitutio. l. restituere autem, 33. Et restituere videtur, 75. Et l. si de ver. sign. P. l. præerea, de rerum vindi. P. l. cum fundus, de reb. credi. Et si cert. pet. P. l. Iulianus, §. fin. ad exhib. melius in l. in condemnatione, 134. §. 1. de reg. iur. P. Ceterum, ratio potest esse ex eo, quod substitutus in mora est petendi, & quod heres non sit possessor malæ fidei. Si quidem, qui donare aliquid tenetur sine incerto die, non efficitur morosus sine interpellatione, l. si ex legati causa, de verb. oblig. P. l. quo te, si cert. pet. Et ideo a petitionis tempore tantum debet fructus, & id quod interest, d. l. restituere, 35. Et l. vinum, si cert. pet. P. l. mora, de vusu. vide expressam, l. si ex legati causa, de verb. oblig. P. l. de fru. leg. seu fideic. & in mora tamen est qui non petit, & ideo mora est illi nocua: quia mora cuiuslibet committit eam, nocere debet. l. in condemnatione, 134. §. vnicuique, de reg. iur. l. mora, de verb. oblig. P. Et cum in colendis fundis & colligendis fructibus fiduciaris heres operam consumserit, non est æquum, vt Marcellus scribit, in l. postulante, §. fin. ad Trebell. P. cum reddere fructus, & alterius procuratorem constitui. Vt contra liquido constat, ab herede commissam in restituendo mora, fructus in restitutione venire. d. l. fideicommissariam, l. ita tamen, §. 1. leg. postulante, §. fin. Et l. deducta, ad Treb. P. Si autem de fideicommissio in diem, vel sub conditione restituendo queramus, eadem pene vtetur distinctione fructuum, ac in puro. Nam si fructus ante aditam hereditatem percepti, aut tempore iactis hereditatis, sunt ipsius hereditatis: & ideo restituendi. Qui vero percepti sunt medio tempore ante diem restitutionis faciendæ, vel ante euentum conditionis, heredis sunt & successoris eius, non substituti. l. Paulus, de vusu. l. ex ass. ad Trebell. P. Et idem de vturis eo tempore perceptis, quod de fructibus dicendum est, l. deducta, §. qui post, eod. etiam si testator dixerit, Quicquid ex hereditate, bonis meis ad 10 peruenerit, cum mortuo restituis, nam nec fructus tunc veniunt, l. quod his verbis, de leg. 3. Sicut nec in clausula, quanta pecunia ex hereditate ad heredem peruenerit, l. scribit, ad Trebell. nec in illa, quicquid ad te ex hereditate bonis meis peruenerit, id omne post mortem tuam restituis, l. heredes, eod. nec in illa, quicquid ex hereditate supererit cum mortuis, restituas, d. l. deducta, §. quod ex hereditate, hic tamen excipe contrariam mentem testatoris, quæ efficit, vt & fructus restitui debeant percepti, si de ea mente appetis in voluntate præcedentibus & sequentibus comesturis liqueat, vt in l. Balista, ead. l. 2. §. nonnunquam, de vusu. P. l. cum quis, §. mulier, de dote præ.

¶ Colligitur ¶ & mens testatoris ex distinctione certissima P. 21 gati: nam dies restitutionis a diicitur & eius delatio, in fauorem heredis: & tunc non teneatur restituere fructus medio tempore perceptos. An vero in fauorem legatarij seu fideicommissarij substituti, veluti si in tempus pubertatis ei qui impubes sit fideicommissam relictam sit: & tunc etiam fructus antecedentis temporis restituuntur, l. si ita, §. Pegasus, de leg. 2. facit l. 2. §. cum Polidius, de vusu. Quo casu notandum est obiter, in fauorem fideicommissarij in diem suspensa restitutione, non posse restitui ei ante diem tuto hereditatem: alioquin si ante diem restituerit heres, nullo modo liberatus est.

¶ Contra, ¶ si in fauorem heredis dilata dies est, l. cum qui, Et Scenol. in l. libero, §. situm, de annuis leg. P. quia si velit, potest ante tempus restituere, l. post mortem, C. de fide. Non venit in restitutionem queque donatio, quam in vxorem grauam inter viuos contulit, neq; aliud quoduis, quod heres habiturus esset, si alius fuisset heres, quæ extra bona defuncti computari debeat, vt respondit Paulus: quamuis nominatim vxoris fidei maritus committere possit, vt eam restituat, in l. sequens quaestio, 70. de leg. 2.

¶ Res ¶ autem alienate ab herede reuocantur a substituto, quia subiecta restitutioni alienari nequeunt, l. fin. §. sed quia nostra ma- iest. com. de leg. C. si sine necessitate cogente hereditatis alienatio fiat sponte, vel in heredis, non hereditatis causam. Et mihi placet sententia Azonis, in d. l. si §. sed quia, alienationis reuocationem esse in arbitrio substituti, vt si velit reuocet, vel permittat imputari alienatum in quartam Trebellianicam grauato iuxta iura antiqua.

tiqua, l. 3. res qua, ad senatus con. Treb. P. Ne detur ansa delinquendi hereditibus. Et propterea quod in alienis bonis nulla debet non dominis concedi distrahendi ex arbitrio facultas, l. nemo exterris, de iud. C. tit. de reb. alien. non alien. l. fin. §. fin. C. de pact. Cum nemo rem suam vendere cogatur, l. nec emere, de iur. delib. C. Et hoc habita ratione heredum. Nam si heres sit de liberis, qui & duas quartas, Trebellianicam & legitimam detrahit, & is viderit ex corporibus hereditariis, recte vsque ad legitimam poterit defendi venditio: quia legitima in iis corporibus ei praestanda est, l. scimus, §. repletionem, de inoff. testam. C. Et haec est ratio, cur in Authen. res qua, C. comm. de legat. res subiecta restitutioni in fauorem filiorum, vel pro dote filiarum, vel pro donatione propter nuptias alienari possunt, videlicet, quando grauati sunt filii, non aliter. Facit & l. mulier, 2. 2. §. cum proponeretur, ad senatus con. Trebell. P. In Trebellianica autem non admitterem id ipsum inuito substituto, sed puto cum Pomponio, in l. si heres, 70. §. si heres antequam, ad Trebell. P. alienata ex hereditate sine causa lege approbata, restituta hereditate, cum his quae perierunt dolo vel culpa eius repetenda esse, l. mulier, 2. 2. §. sed enim, eod. Nec imputari potest substituto, quod pendente conditione vel die restitutionis, alienari passus res sit, & si uerit quia antequam cesserit & uenerit dies, agere non poterat. Et medio tempore alienatio tenet, quae resoluitur ad uenientem restitutionis tempore. d. l. fin. §. fin. autem sub conditione, C. comm. de leg. non antea quia fieri potest, ut ante fideicommissum extinguatur, puta morte substituti praecedente, vel alio modo: & ita confirmetur exiure continuato, vel superueniente alienatio, l. rem alienam, 4. 1. de pign. act. P. §. l. vindicantem, de 24. euic. P. Neque, nisi facta fideicommissi restitutione, res fideicommissi transferantur in fideicommissarii bona, l. facta, 63. ad Trebell. P. atque tunc vel adueniente die vel conditione habet actiones, & in institutum grauatum vel heredes eius, & in detentores rerum, ex testamento, hypothecariam, & rei vindicationem, l. ita tamen, 27. §. si ex Trebelliano, eod. l. 1. C. comm. de fideicom. l. de fideicom. hered. petis. P. l. cum sponsus, §. 1. de publ. act. Vide autem Guido. Pap. in dec. 601. tradetrem fideicommissarium uniuersalem, pro rebus alienatis posse agere rei vindicatione contra tertium possessorem, etiam non facta sibi restitutione, re & uei bo. Vide & Salycet. in 3. oppos. in l. fin. §. fin. autem, com. de legat. C. & Pau. Castren. in eandem legem, & §. sed quia. Quod ego intelligo, si modo dies uenit & cessit restitutionis, non antea. Sicuti rata non est alienatio facta a fideicommissario ante restitutionem, quamuis restitutione facta confirmetur, l. filiam fratris, 56. ad Trebellian. 25. Non tamen eundem tamen in facias pro soluendis debitis hereditariis creditoribus vel legatariis, si non fiat alia ex quibus satisfieri possit, in l. magis puto, §. non semper, de reb. eor. qui subint. P. alienationem ab herede factam ualere, si sine fraude fiat, nec reuocandam ex capite restitutionis, neque imputari in quartam, hoc examinatur in l. 3. §. res qua, ad Treb. P. in gl. Auth. contra rogatus, in fin. C. eod. propter rationem, l. scimus, 22. §. si praestatum, uerf. in uero creditores, C. de iure delib. uide l. Titius rogatus, 54. ad Treb. P. quia bona non dicuntur, nisi deducto aere alieno, l. subrogatum §. bona, de uerb. sign. P. facit l. §. in computatione, de iur. delib. C. Sed & placuit pro redemptione captiuorum alienata non repedi, Auth. contra rogatus, C. ad Trebell. §. nobis ergo, de restit. fideicom. in Auth. Ex quo etiam iudicatum duobus senatusconsultis curiae supremae Burdegalesium recte puto, posse bona restitutioni supposita alienari per heredem, pro redemptione sui faciendae a creditoribus, in quibus detineretur ob multam in se dictam ob culpam, non ob delictum, refert Pap. lib. 20. arest. tit. 3. arest. 6. Et in eo casu quoque alienari bona ecclesiae possunt a praetatis, ca. sacrorum, 12. q. 1. Et in casu captiuitatis, de minoribus potest substituti collectas seu subsidia imponere, Alex. in addit. Bart. ad l. placet, de excessu. mune. lib. 10. C. Putarem tamen imputari in quartam heredis pretium acceptum, uel iustum rei ualorem, rata manente uenditione, si uenditio facta sit sine causa necessaria utilitati hereditatis, d. l. 3. res qua, ad Treb. P. §. ibi gl. Et haec haec tenus de his quae ueniunt in restitutionem fideicommissi dicta sufficiunt. ¶ De aliis namque ommissis, leges apud Barto. ad l. Marcellus, §. quidam, ad Trebell. P. Et apud Guido. Pap. in q. 303. ubi resolutur non uenire in restitutionem, supplementum legitimae datum filio grauato. Quid etiam statuendum de bonis damnati, & de bonis per pupillarem substitutionem aduenientibus grauato.

- 1 Voluntas decedentium & mens praecipua in fideicommissis & potestremis iudicia.
- 2 Fideicommissum extinguitur pluribus modis, & seq.
- 3 Filii grauati de restituenda hereditate, intelliguntur grauati tantum, si decedant sine liberis.
- 4 Fideicommissum non agnatum non transmittitur, non debetur quoque deficiente conditione, repudiatum a substituto uel eius hereditibus, minus solemnibus existens uoluntate, eod. §. num. 5. 6. & 9.
- 7 Remissio fideicommissi quando ualeat.
- 8 Monasterii ingressu quando deficiat fideicommissum, & monasterium quando loco liberorum sit.

**R**atio praecipua cur fideicommissa sustineantur, est uoluntas disponentis, cui fides accommodata est, & quam peruerit uel infringi nefas uisum est, §. 1. de fideic. hered. l. 2. C. de fideicom. ad quam optimus iudex semper, tamquam nauata ad stellam polarem, oculos intendit, itaque animaduertendum est, quandiu uoluntas ea duret, & num secundum uoluntatem possint relicta sustineri, quibusque modis ea uoluntas & fideicommissa deficiat. ¶ Deficiunt autem pluribus modis, & extinguuntur: primum, si non adeatur hereditas, & is qui rogatus est restituere, ante aditionem mortuus est, l. ille a quo, §. si de testamento, in illis uer. ne prius heres decedens fideicommissarium decipiat, ad Treb. P. quod supra latius explicauimus locum non habere, ubi est locus transmissioni, uel si heres interpellatus fuisset de aduendo, uel si de Gallica ageremus consuetudine, hoc superiori capite dictum, & per Guil. Bened. expl. in uerba, si absq. liberis, 2. in fideicom. substit. in 70. 71. 72. 73. 74. 75. ¶ 2. Exspirat fideicommissum impositum in filio, si is liberos suscipiat, etiam si non dictum sit, si sine liberis decedat: idque ex praesumpta mente testatoris, qui non uidetur alienam successionem suam praetulisse, l. generaliter, §. autem, de instrum. sub cond. fact. C. l. iubeamus, §. fin. autem, ad Treb. C. cum acuissum, C. de fideic. l. cum auus, de cond. & demonstr. P. Sed ad dote potes, hanc conclusionem restringi 12. modis, de quibus agit Guil. Bened. ad uerba si absq. liberis, 1. a nu. 7. vsque ad 23. Atque in summa explicat l. cum acuissum, C. de fideicom. non habere locum, si descendentes grauent ascendentes, 2. si liberi relicta quantur naturales tantum, seu spurii, 3. si legitimi tantum adoptiui, 4. si pure grauentur filii, nec adiecta sit mortis conditio, 5. si grauati sint restituere in diem certam, 6. si filius praeteritus sit, extraneo instituto, 7. si filius cum extraneo heres instituat, 8. si grauamen esset de re particulari, 9. si grauato superesset mortis tempore tantum soboles successiois incapax, puta si deportatus uel cordiger monachus filius, 10. uel si peresset filii exheredati dumtaxat, 11. si alius quam filius grauetur, 12. si pia causa esset substituta filio. Sic etiam monuimus in c. 28. clausulam, si sine liberis, deficere uno uel pluribus susceptis & imperitiis tempore mortis. Quod & probat l. hereditibus, 77 §. final. ad Trebell. §. 3. Exspirat fideicommissum conditionale uel ad diem incertam relictum, si ante euentum diei uel conditionis, & ita non agnito fideicommissi substitutus moriatur: puta ante heredem, qui tantum post mortem restituere debet, diximus in c. 28. de condit. & puro fideic. probat l. uni, §. fin. autem sub conditione, de cad. toll. l. heredes mei, §. cum ita, ad Treb. P. l. iubeamus, §. fin. autem, de fideic. C. Guido. Pap. dec. 232. Et substitutio quae nondum competit, non transmittitur, l. toties, de acq. hered. nec in bonis nostris est, l. substitutio, de acq. rer. dom. l. 4. de alim. & cib. leg. P. §. 4. Si fideicommissum adposita deficiat, nec impleatur, non debetur, ut cessante causa, propter quam relicta est fideicommissum, l. epistola, 73. ad Treb. P. l. legatum, 4. de cond. inst. C. facti cum cessante, de appel. §. 1. Si fideicommissus uel heres eius, hereditatem recuset, §. sed quia heredes, de fideicommiss. hereditatibus, & ad senatusconsultum Trebellianum, l. sinemo de testam. in. P. Nemo enim adire hereditatem sine grauatione relicta, cogendus est, l. nec emere, de iure delib. an. C. Id ipsum obtinet, si pacto remissum sit, l. C. de pact. l. de fideicommiss. fo. C. de transact. in l. l. Lucius Titius, 78. ad Trebellianum. ¶ Si fideicommissio uel oportet, nec temere fiat, non aliter: ueluti si fiat aut in iudicio, aut in partis praesentia, aut in scriptis coram notario & testibus iurata, uel reiterata, quae fusc uidebis examinata a Guil. Bened. in repet. ca. Raynuius, ad uerba, si absque liberis, 2. in substitutione fideicommissaria, a num. 105. vsque ad nu. 139. Vbi & de forma & circumstantiis renunciationis fideicommissi, & quomodo uisus & intellectus uerbis testamenti fieri debeat, & de reliquis ad hanc questionem pertinentibus. Vide & Boerium, quaestione 47. numero 7. & 8.

De extinctione fideicommissi.



¶ Septimo, et expirat fideicommissum cum conditione, si sine liberis quis moriatur, si institutus ingrediatur monasterium: nisi ei aliud monasterium, vel pia causa substituitur, §. sed hoc presenti, de sanctiss. episc. in Authen. nisi rogati, Cod. ad senatusconsultum Trebellian. ubi disputatur de hac questione. Eritque monasterium loco liberorum, videlicet si ipsum successione capax sit, hoc enim liberorum loco est, d. l. §. sed hoc presenti, et ca. in presentia, de probatio alia monasteria, minime. Potissimum mendicantium, quæ in Gallia incapaces sunt possessionis, & hereditatum, vt omnia monasteria, latius de his postea, Deo fauente, interims vide Guilielm. Bened. ad ver. et uxorem nomine, num. 220. et seq. sed horum maxime, qui cum baculo & pera, ex sui ordinis possessione, id indicant mendicantiu titulo, viuunt vel viuere debent, nisi si quid accipiant elemosynæ titulo. Et de cordigeris iure pontificio expresse id cautum est, in Clemen. cxiui §. adinuenerunt, et §. nos autem, de ver. Dicant ergo, monasterium capax successione loco filii haberi, & ingressu religionis deficere fideicommissum. Id ipsum & si presbyteratum quis in aliqua ecclesia adipiscatur, ecclesia illa locum liberorum facit: nempe si ita se alicui ecclesie seculari consecraret, vt perpetuo ibi sint, & in ecclesie illius utilitatem bona sua consecraret, non aliter, Authen. ingressi, de sacrosanct. eccles. C. et illud, de monach. in Authen. Et sic intellige §. sed hoc presenti, et §. presbyteros, de sanctiss. episc. in Authen. non de quibuslibet clericis, sed de additis certæ ecclesie in perpetuum, qui se & sua ei ecclesie consecraret: vt monachi monasterio. Et dummodo monasterium vel ecclesia, aut qui in illis habitant, fraude, dolo, vel aliis artibus ingredientem non pellexerint, vt fieret monachus: nam tunc omni iure successione eius priuantur, ca. constituit, 20. quest. 3. Panorm. in ca. in presentia, de probat. num. 3. et 46. ne dolo & fraus patrocinetur, l. i. et l. ne ex dolo, de dolo. Admonent tamen recte interpretes, ita demum deficere conditionem fideicommissi ingressu monasterii, si clausula simpliciter concepta sit, si sine liberis: diuersum autem statuendum si clausula habeat, si sine liberis ex se natis. Quia ciuili filiatio vel ficticia, ad mentem testatoris accommodari non potest, neque monasterium nasci dicitur ex eo, qui religionem proficitur, neque naturalis conditio ciuili fictione impleri potest, l. si ita quis testamento, §. 3. §. fin. de leg. 2. Papin. in l. fideicommissum, §. 7. de cond. et demonst. frat. Et ita Angelus de Vbaldis Perusinus, ad §. sed & hoc presenti, de sanctiss. episc. tradit post Ioan. de Bellouisi, monasterium loco liberorum non esse, si testator dixerit, si filius deceaserit sine liberis ex suo corpore descendentiibus, &c. Item si mentio habeatur de alto vocabulo quod importet naturalem quandam significationem, vt, si sine liberis masculis, vel simili. Et tunc non expirat fideicommissum ingressu religionis instituti. Huicque sententiae subscribunt Baldus in l. si ita quis §. fin. de legat. 2. Salycetus in Authen. nisi rogati, ad Trebell. C. Holtien. & Ioan. Andr. in ca. Raynaldus, de testam.

¶ Octauo, et ex minus solemnī voluntate non debetur fideicommissum, l. si ueritas, 23. C. de fideicom. quod in fine superioris ca. 28. explicauimus: nisi addita sit clausula codicillaris, quæ ab intestato faciat fideicommissum. Quia tunc sustinetur, vt etiam ex æquitate canonica heres in conscientia tenetur voluntatem certam testatoris apparentem in minus solemnī voluntate adimplere, Pan. ad c. quia pleriq. in fi. de immuni. eccl. Et ita etiam Iust. in §. si de fideicom. her. statuit, negantem fidei suæ restitutionem commissam, postea vero consententem, sed ad subtilitatem iuris recurrentem, quod non solemnī voluntate rogatus est, cogi ad restitutionem fideicommissi.

## De Trebellianica deductione. Cap. 31.

Lib. 36. P. tit. 1. Lib. 6. C. tit. 48.

- 1 Trebellianici Senatusconsulti causa impulsua.
- 2 Pegasiani Senatusconsulti cautio.
- 3 Fiduciarius heres grauatus ratione sua partis tenetur ad debita defuncti, non hereditatis seu legatorum.
- 4 Trebellianica quarta quid dicatur, et eius partitio, et nu. 5.
- 6 Trebellianica ex quibus non detrahatur, et quando cesset, et §. 9. 10. 16. 17. 18. 19.
- 7 Trebellianica et Falcidia ex corporibus hereditariis detrahuntur: ut et quarta omnes, num. 25.
- 11 Princeps institutus et grauatus, quomodo et quando detrahatur quartam Trebellianicam.
- 12 Heres grauatus coactus adire, amittit commodum quartæ, et quæ ex iudicio defuncti percepturus erat.

- 13 Inventarium non faciens heres, nem amittit quartam Trebellianicam, ut Falcidiam.
- 14 Trebellianica prohiberi potest, ne detrahatur a restatore, ut et Falcidia: et nunc prohiberi potest liberis primi grauati, an vero tacite, et quomodo prohibeatur, et §. 15. Fili grauati de restituenda hereditate, et et nepotes, duæ quartas detrahunt, Trebellianicam et legitimam, eod.
- 20 Trebellianica semel detrahitur ex pluribus gradibus substitutiua.
- 21 Trebellianica ex quibus causis minuitur, et seq. 23.
- 22 Feuda quando impuntur in quartam Trebellianicam, et item matrimonialia lucra.
- 24 Fructus quos et quando imputat in Trebellianicam, heres grauatus.
- 26 Trebellianica quarta finis et ratio.
- 27 Institutionis generalis ad particularem methodus.

Diximus proximo et superiori capite, fideicommissum expirare, quando non adibatur ab herede instituto hereditas, quod facile accidebat, quædo suspectam et oneribus implicatam putabat hereditatem, et nullo vel modico lucro sperato omnino eandem repudiabat, §. sed quia heredes, de fideicom. her. §. de l. Falc. apud Iust. in l. quia poterat, 2. ad Treb. P. Cui malo obuia vt ieretur, primum Senatusconsulto Trebellianico caueri coepit et heredi, vt si heres rogatus fuisset infra dodrantem restituere hereditatem, pro rata parte in vtrumque: et fideicommissarium & heredem darentur actiones. In heredem quidem, iure ciuili: in eum vero qui recipiebat hereditatem, ex Senatusconsulto Trebelliano. At qui si plus quam dodrantem, vel totam hereditatem restituere grauaretur, ex Senatusconsulto Pegasiano quartam partem retinebat: verum interpositis stipulationibus de oneribus pro rata subeundis, vel de hereditate vendita, si sponte adisset. Si autem coactus, vt omnes actiones et commoda ad fideicommissarium pertinerent, §. ergo, et d. §. sed quia, de fideicom. her. Subinde et Iustinianus vt hanc regulam illustraret, omnem auctoritatem Pegasiani Senatusconsulti rogatis captiosis illius cautionibus, in Trebellianum S. C. transfuit, illud ampliando, atque statuit, §. sed quia stipulationes, de fideicom. her. vt ex eo hereditates fideicommissarie restituatur, siue habeat heres quartam ex voluntate testatoris, siue plus, siue minus quartam bonorum remaneat, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex auctoritate Imperatoris retinere, vel repetere solutum, quali ex Senatusconsulto Trebelliano, pro rata portione actionibus, tã in heredem quam in fideicommissarium competentibus, videlicet si fiat restitutio sponte. Ita quarta pars hereditatis penes fiduciarium, cum onere suo remanet pro debita Trebellianica quarta parte, non deducto ære alieno: sicuti de appellatione bonorum dicitur, in l. substitutum, §. 39. §. bona, de verb. sig. P. Quare hereditatis eius quarta, etiam æs alienum continebit, l. nomen, 26. §. portiones, eo. Notandum tamen teneri grauatum ad onera tantum hereditatis, non legatorum, scilicet: vt creditoribus defuncti pro rata partis suæ teneatur, non ad legata: quia ea soluit fideicommissarius solus, l. 1. §. pen. et si, et l. cum hereditas, et l. deducta, §. qui post, ad Treb. P. l. 2. et ibi gl. 1. et l. si. C. eo. tit. gl. in §. sed quia stipulationes, de fideicom. her. At perinde est hic dicere de bonis deducto ære alieno quartam deberi grauato: et non deducto, quartam eidem deberi ex hereditate. Reciduat enim in diem, quia deducto ære alieno proprie bona dicitur, l. mulier bona, de iur. dot. P. Eo tantum discrimine obseruato, quod grauatus non tenetur subire æs alienum hereditatis, legatorum, et fideicommissorum specialium, quamuis teneatur pro rata subire æs alienum testatoris. Excipit Iustinianus quando testator voluit vna re certa præcepta pro Trebellianica, heredem restituere hereditatem. Nam omnes actiones tunc in solidum transeunt in fideicommissarium, remanente re libera penes grauatum, tanquam penes legatarium, §. si quis vna, de fideicom. her. apud Iustin. l. quorones, 12. de her. inst. lib. 6. C. tit. 24. l. creditoris, C. de her. act. l. 1. §. si heres, præcepto fundo, et l. si legatus suspensus, 30. §. multum interest, ad Treb. P. Hinc et colligendum quod fit quarta Trebellianica, vt fit quarta pars hereditatis defuncti, quæ debetur heredi instituto grauato de restituenda tota vel parte hereditatis, in præmium aditionis et restitutionis, l. i. ad Trebell. P. Differt eo nomine a Falcidie quarta, quod Falcidia non a grauato de restituendo hereditate detrahatur, sed ab instituto pure sine grauamine, et tamen supra dodrantem onerato legatis, §. 1. de lege Falc. et tot. tit. ad l. Falc. vt dicemus in Falcidia Deo fauente. Verum Iustinianus ait, §. sed quia heredes, de fideicom. her. Senatusconsultum Pegasia-

Pegafianum ad similitudine Falcidia; quæ ex legatis detrahi per-  
 mittebatur quartam partem, introductum esse, ut grauat ex here-  
 ditate restituenda quartam etiam hereditatis deduceret. ¶ Tre-  
 bellianica distinctione non recipit, quia vnus est species, nisi par-  
 tiamur in veram, quæ quartam partem bonorum substitutum resti-  
 tutione: & in eam, quæ plus vel minus continet propter volun-  
 tatem defuncti, qui iussit aliquid certum percipere heredem gra-  
 uatum pro quarta Trebellianica, si quis vna, eo. ¶ Detrahitur au-  
 tem hæc Trebellianica, quando locus est detractioni, ex vniuer-  
 sali fideicommissi, videlicet quod si de hereditate non autem ex  
 re singulari restitutioni subiecta, lex Falcidia, §. si ad l. Falc. in  
 P. tractat. Guid. Pap. dec. 466. Pan. in c. Raynuitus, in vlt. col. de testa.  
 ¶ Communitatem autem opinio est interpretum, detrahi quartam  
 Trebellianicam de qualibet re hereditaria, Bart. in l. in quartam,  
 in 4. q. ad l. Falc. in quo conuenit cum Falcidia, quæ ex singulis deducit  
 corporibus hereditariis legatis, l. linea margaritarum, l.  
 Plautus, ad Falc. P. gl. in l. 2. C. eo. Nisi heredi res certa pro Trebel-  
 lianica a defuncto relicta sit, quam solam, si iussit, detrahit, &  
 ab aliis abstinere corporibus, ad §. si quis vna, de fideic. her. Aut si in-  
 te heredem & substitutum ita conuenit sit, vt vna re conten-  
 tus sit, seruanda est lex, l. si conuenit, de pos. P. l. filium quem ha-  
 bentem, C. fam. eref. Vel si iam fructus perceptos impetrate teneat,  
 & illi iusticiant pro Trebellianica. l. in fideicommissariam, ad  
 Treb. P. l. quod de bonis §. fructus ad l. Falc. P. Vel si res alienata ab  
 eodem, imputanda sit, l. 3. res que, ad Treb. Ad id insuper Gui-  
 do Pap. in l. re partonatus hereditatis restituta, heredem resti-  
 tuentem retinere quartam, & vna cui substituto cui restituit eum  
 vel heredes eius vice eius copartionis esse, & pro quarta præsen-  
 tate debere, §. in l. Pap. dec. 507. ¶ Ex ¶ restitutione facienda pau-  
 peribus, nõ detrahit grauatam quartam, c. si pater, de testa. in 6. Paul-  
 tus tamen Cast. in conf. 298. in cap. præsupposita pro vtraque opinione, ait  
 detrahi ex fideicommissi relicto hospitali, si re auctoritate episco-  
 pi fundato. Nam autem de relictis generaliter ad pias causas de-  
 trahi possit, gl. in c. si pater, in verb. Trebellianicæ, de testam. in 6.  
 aliter detrahi, & ibi Archid. quem plerique sequuntur. Alii plures  
 negant detrahi, Bart. Ang. & alii in l. Marcellus, ad Treb. Bal. in lid  
 quod pauperibus, 17. q. 2. ad l. si quis ad declinationem, de episc. & cler.  
 C. Cyn. & DD. in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falc. in d. l. Mar-  
 cellus, 33. Pro quoque sententiam Cap. Tholof. conclusum est,  
 nec detrahi posse, §. 3. Cap. Thol. Bar. in l. 1. ad municipium, nu. 3.  
 ad l. Falc. P. Idipsum in tenatu Delphinali iudicatum tradit Guido  
 Pap. 138. q. 1. Non ¶ detrahit heres Trebellianicam ex rebus res-  
 tituentis, quas detraxisse conuincitur, sed portio illa ad fideum  
 deuoluitur, l. rescriptum, de his quib. ut ind. P. l. Paulus respondit, 48.  
 10 ad SC. Treb. P. ¶ Non ¶ detrahitur ex re alienari per testatorem  
 prohibita, sed in ea re, & ibi Bal. expresse, C. ad l. Falc. Bart. & Cyn.  
 in Auth. sed cum testator, c. in. Guid. Pap. dec. 511. 2. quia & ea pro-  
 hibitione cenletur prohibita Trebellianica, quæ ex singulis cor-  
 11 poribus hereditatis deducitur, vt dixi, §. Si ¶ princeps institutus  
 grauat sit hereditatem, restituere, si nihil nomine quartæ rel-  
 lectum sit, plerumque non potest retinere Trebellianicam; si autem  
 quippiam prælegatum fuerit nomine Trebellianicæ, nunquam  
 solet supplementum postulare, si minus quartam ei relictam sit, l. si  
 12 legatus, 30. §. si ad Treb. P. ¶ Sexto, ¶ quod coactus adit hereditatem  
 periculo fideicommissarii substituti, non debet quartam Trebel-  
 lianicam detrahere, amittitque omne commodum, quod ha-  
 biturus esset, si sponte adisset, imo & substitutioem pupillarem,  
 l. ita tamen, 27. §. qui suspectam, §. si præceptis, l. nam quod, §. qui cõ-  
 pulsus, l. quia poterat, ad SC. Treb. quæ multis pluribus restituere  
 grauat, ab vno tantum restituere compellus fuerit. Nam totam  
 quartam & tunc amittit, si vnus ex pluribus totam hereditatem  
 restituere coegerit, l. cogi, 16. §. Meianus, ad Treb. P. Et si pro parte  
 sua restituenda tantum compellus fuerit, pro ea parte, partem am-  
 mittit Trebellianicæ, Gui. Bened. in verb. absq. liberis, in substitui.  
 fideicommissi, nu. 86. in fin. expressus textus in d. cogi, §. idem Me-  
 nianus.

Ang. Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de instr. edit. §. fin. ver. non  
 videmus, & alii plures, & secundum quam iudicatum refert Au-  
 ferius ad doc. Capel. Thol. 314. in fin. additum, qui tamen decisum  
 fuisse notat in Capella, posse cogi grauatum inuentarium facere  
 per substitutum, officio iudicis, per Bartolum in l. cum tale, §. 1. de  
 cond. l. & demon. in P. & in l. Marcellus, i. respons. §. coll. ad Tre-  
 bellian. P. in §. si vero non fecerit, nu. 4. de hered. & Falcid. in Au-  
 then. & c. Ratio nãhi videtur esse aperta, quia siue fideicommissi-  
 sum sit conditionale, vel in diem, fieri potest, vt illud deficiat pen-  
 dente die vel conditione, & ita remaneat grauat immunitas ab  
 onere, & rerum suarum descriptionem sponte facere non teneat;  
 neque videtur malitiose inuentarium præmittere, qui interim  
 dominus est, & potest fieri plenus dominus. Et si pater grauat  
 est, frustra petitur inuentarium fieri, cum statim restitutio fieri  
 debeat. At cogi ad inuentarium officio iudicis posse, multa, caus-  
 sa cognita, mouere possunt iudicem, quæ nisi exponantur, pro  
 bona fide grauat semper concludendum erit, l. merito, pro soc. P.  
 ca. fin. de presump. in quo singulariter differt Trebellianica a Fal-  
 cidia, quam heres amittit, si non fecerit intra tempora a iure con-  
 stituta inuentarium, §. hinc nobis, §. §. seq. de here. & Falcid. in Au-  
 then. aub. sed cum testator, §. his cessantibus, ad l. Falcid. C. l. fina. §. in  
 autem dubius, C. de iure delib. Scio tamen Guidonem Papam  
 hoc admittere in heredibus primi gradus filiis, non in extraneis,  
 & vult hos extraneos ob non factum inuentarium priuari Tre-  
 bellianica decif. 53. Sed ego contrarium sentio.  
 ¶ Octauo, ¶ non detrahitur quarta hæc, si fuerit expresse pro-  
 hibita a testatore. Nam posse prohiberi placuit verius esse, per  
 Auth. sed cum testator, ad Trebell. C. & ibi gloss. & gl. in §. si vero ex-  
 pressim, de hered. & Falcid. Bart. in d. l. Marcellus, Bald. ad l. filium,  
 quem C. fam. eref. quæ admodum & Falcidia. Et in vno gradu  
 prohibitio facta, censetur repetita in sequentibus, vt docet Gui-  
 do Pap. q. 145. num. 1. & q. 59. 2. nu. 1. Verum dubium maximum,  
 num & prohibitio fieri possit in liberis primi gradus, qui detra-  
 hunt communi iure, si grauentur de restituenda hereditate, duas  
 quartas, legitimam & Trebellianicam: vnam tanquam filii, aliam  
 tanquam heredes extranei, ca. Raynuitus, & ca. Raynaldus, de test.  
 Guid. Pap. probat. decif. 52. Si cupis videre controuersias interpret.  
 num duas vel plures, vel vnam tantum detraherent. filii, consule Fern-  
 nandum, in 5. presul. in quartam, ad leg. Falcid. vbi inuenies argum.  
 in vnamque partem, & solutiones. Et legitimam quidem sine vilo  
 onere, l. quoniam in prioribus, & l. scimus, C. de inoffic. testa. l. quan-  
 quam, de fideicommissi. C. quia a lege naturali, non a patre habere vi-  
 dentur, l. cum ratio, de bon. damnat. l. scripto, vnde lib. & ideo nec a  
 patre in ea rogari possunt, l. si arrogatio, de adoption. P. l. coheredi, §.  
 cum filia, de vult. l. ex tribus, C. de inoffic. testa. Idque non adhibita  
 distinctione quando sub conditione grauat de restituenda he-  
 reditate: quo casu verum quidam tantum id putant, non etiam si  
 pure grauentur. Nam tu & aiunt, vnam detrahi tantum quartam  
 legit. in, quod disputat & improbat Fernandus ad l. in quartam,  
 in 5. presul. num. 3. & 6. ad leg. Falcid. vbi & num. 5. quod dicitur  
 detractione quartarum in filiis grauat, habere locum in nepoti-  
 bus grauat, docet. Et certè communis opinio dicitur esse a Gui-  
 do Pap. & secundum eam iudicatum, vt prohiberi illis Trebel-  
 lianica non possit, Guid. Pap. decif. 53. hanc sequitur, & secundum  
 hanc iudicandum post plures relatos interpret. scribit fust. Jul. Clar. lib. 1.  
 in ver. testam. q. 63. Mihi tamen verior videtur contraria senten-  
 tia, quam sequitur etiam Fernandus, in 4. presul. commentar. leg. in  
 quartam, num. 10. Primum, quia relicta legitima filiis, in reliquæ  
 bonis pater liber est in disponendo, vt scribit Iustinianus in §. si  
 vero vltra, ibi reliquam, §. c. de trien. & semi. in Auth. Facit & rub.  
 cum sua dispositione in nouellis, coll. 8. vt liceat matri & aua & a-  
 liis parentibus, post legitimam partem liberis relictam, quomodo vo-  
 luerint residuam facultatem suam aliis disponere. 2. Quia filius Tre-  
 bellianicam capit, vt diximus tanquam quilibet extraneus heres,  
 d. c. Raynuitus, & Raynaldus, de test. potest autem, vt conuenit in-  
 ter omnes fere, inter dici extraneis Trebellianica, 3. Sic hoc feren-  
 dum est, vt familie integre conferuentur, nu. 36. quæ valde diui-  
 derentur, si duas quartas contra prohibitionem testatoris detra-  
 heret heres. Quare post plures sententias relatas interpretum Iu-  
 lius Clar. lib. 3. sent. iur. in verb. testamenti, q. 63. distinguit, & putat  
 non prohiberi, si grauentur restituere extraneo: contra si grauentur  
 restituere filiis vel familia. Ego nõ distinguo, sed posse vtroque casu  
 prohiberi puto iure nouissimo: quia iure antiquo & Codicis, nõ  
 poterat prohiberi quarta hæc vel expresse, l. 1. §. inde Negatius, ad  
 Trebell. l. quod de bonis, ad leg. Falcid. P. l. inuenimus, C. ad Trebell. neq.



tacite vel per verba, ut totam hereditatem grauatus restituat, l. qui totam, eod. P. Hodie t̄troque modo potest, atq; de expresse iam consensum in eo omnium video. De tacita lis adhuc pendet, & iudicia varia ea de re lata sunt. Plures enim negant, non nisi expresse prohiberi posse, Paul. Castr. qui eius sententia alios refert, in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falc. Fel. in c. auditis, de prescr. Sanior tamen contraria vis est sententia. Et Fernandus quidem, in 4. prefat. ad l. in quartam, nu. 11. ad l. Falcid. præceptor alias meus, posse tacite prohiberi quartam per has clausulas tradit, omnem hereditatem restituas, tota hereditas restituatur: bona omnia, vniuersum patrimonium totum. Et quicquid omnia & quacumq;, &c. per glo. in l. decem, de fideic. liber. quam Bar. probat. in l. Centurio, 27. de vulga. Placito supremæ curiæ Parisi. tam etiam inuenio dictum, apud Pap. lib. 20. rhaps. arrest. tit. 3. arrest. 19. per ea quæ expresse notantur in l. 1. §. inde Neratius, & l. Marcell. P. Eadem concludit Iulius Clarus, ubi supra q. 62. num. 4. ex his verbis, volo omnia & singula bona peruenire ad talem, continere prohibitionem detractionis Trebellianicæ, & Falcidiæ. Item in illa, volo pleno iure bona peruenire. Idipsum iudicatum testatur Guid. i. Papæ de off. 537. ubi contra. refert ratio. Et cons. 122. incip. Ioan. Molarij, num. 5. Num autem idipsum contineat clausula, sine aliena diminutione, vide Phil. ppura Corneam, consilio 187. incip. Trita & vulgata, 1. & 2. colum. in 1. colum. §. Nono t̄ non trahit heres grauatus Trebellianicam, si institutus sit gratia eius cui debet restituere, ut notat Bal. in l. post mortem, C. de fideicom. 4. colum. vers. vnum est valde notandum, & in l. iubemus, col. ver. quarto quaritur, ad Trebell. C. Cyn. in additio. in 17. fideicommissio. §. cum Polidius, de vsur. in P. §. Huc t̄ pertinet & 10. ut si filius alicuius institutus sit, & pater eius rogatus sit hereditatem ei filio restituere, pater non possit detrahere quartam hanc. l. cum filio, 11. de lega. 1. quamuis reliqua, quæ Trebelliani Senatusconsulti sunt, in eo fideicommissio locum habeant, l. 1. §. si filio, ad 18. Trebellia. P. Detrahet t̄ tamen, si ipse pater rogatus & institutus sit, Bar. in l. cogi, ver. si pater, nu. 1. eod. §. in l. 1. nu. 2. eod. Undecimo, generaliter in omnibus testamētis, in quibus cessat Falcidia, cessat Trebellianica, idem in l. Marcellus, nu. 3. eod. Et ibidem Ias. num. 10. 12. Ex hereditate, quam testator tenebatur al. cui reddere, heres grauatus de restituendo, non detrahit Trebellianicam, dicit. l. 19. cogi. 16. §. sed & si miles, & ibi Bar. Hinc t̄ etiam nota singulare, quod si gradus fideicommissi facti sunt plures, puta institutus grauatus est restituere Sempronio, & Sempronius post mortem suam Caio, Caius post mortem Antonio, institutus primus quartam Trebellianicam capiet, l. 1. §. inde Neratius, ad Trebell. vide Bal. in l. cum virum, 3. col. vers. quero an substitutus, de fideicommiss. C. Ang. ad §. si vero expressum de here. & Falc. non lequentes Sempronius restituendo Caio, nec Caius restituendo Antonio: ne per Trebellianicarum t̄ detractiones, hereditas nulla fiat. Nisi forsitan fideicommissarius ex persona instituti retineat, puta, si cum posset retinere institutus, gratiam quartæ fecit substituto, nec detrahit, sed totum restituit: nam tunc fideicommissarius restituens al. hoc nomine retinebit, d. l. cogi, ad Trebell. Item si coegit heredem ad retinendum eius præmium accipit, cum suo periculo adita sit, d. l. Marcellus, §. quod autem, eod. gl. in d. §. inde Neratius. His t̄ & aliis quibusdam modis igitur, tolli poterit ex integro Trebellianica hereditas, vel pro maiori parte. Sed & vltra minui ex aliis quibusdā causis, si ea detrahat, receptam est. Minuitur enim interdum, vel auctoritate testatoris, quādo, ut diximus, testator voluit esse contentum heredem certa re pro Trebellianica: vel auctoritate legis, quando detractionis tempore minus quam deberet accipit, dum in eam al. impurantur ab instituto percepta, vel deperdita, vel alienata, l. 3. §. rei qua. ad Trebellia. P. Exceptis quæ perierint ex hereditate sine culpa & dolo instituti, quæ prius deducuntur, quam in eam ratio Trebellianicæ: quia ea non tenentur in quartam Trebellianicam vel Falcidiam heres imputare, l. mulier qua. duobus, §. sed enim, eod. Quæ admodum nec ea, quæ ex contractu inter viuos a testatore quæ sita sunt, l. pater filiam, 14. ad leg. Falc. P. Cessat enim ratio Trebellianicæ, quæ est, eam dari ut illiciatum ad adeundum heres. Quod autem ex cōtractu possidet, aliam habet causam: nisi & ea ratione dari in contractu dictum sit, ut in Trebellianicam vel Falcidiam imputeret, l. cum quo, §. final. eod. l. 22. etiam, §. sed & si non mortis causa, de bon. liberi. Ita que iura feudalia, emphyteutica, & quæ ex pactis matrimonialibus maiorum heredi competunt, non imputabuntur in quartam Trebellianicam, ut aiunt Paul. & Alex. ad. in l. si patroni, ad Senatusconsultum Trebellianum, nisi ut proxime dictum est, tempore acquisitionis id cautum esset, ut imputarentur, in d. l. cum quo, §. 1. & d. l.

etiam, §. sed & si, vel velit tempore institutionis testator expresse ea imputari & compensari: ut & in Falcidia receptum est. l. si debitor, 12. ad legem Falc. P. Qui potuit enim prohibere integram, potuit & legem pro parte dare imputationi. Et in t̄ summa, ea 23 iolummodo, quæ grauatus iure hereditario percipit, computare debet in ratione Trebellianicæ, l. in quartam, 90. ubi exemplum sequentia eod. filium quem habentem, C. famul. evic. l. quod sit aut liber, de mor. cau. donatio. siue legatum siue fideicommissum percipere, siue deducere, vel retinere iustus est, & pecunia qua accepta restituere iubetur, & quod implendæ conditionis gratia edatur. Quando autem partem acceptam a coherede imputet, vel non, iam tractatum inuenies, in gloss. in quartam, in ver. a coherede, ad legem Falcidiam, P. Sed t̄ de fructibus queritur, num si heres ante restitutionem perciperet fructus, qui ad quartam ascendant, num imputantur. Pro cuius solutione hic repetenda veniunt, quæ diximus in quæstione, num fructus percepti ex fideicommissaria hereditate restituendi sint substituto. Et proinde resoluo, si pure iniunctum sit fideicommissum, & in mora sit petendi substitutus, non imputabuntur in quartam, l. mulier, §. si heres, ad Trebellian. quia ex negligentia fideicommissarii non iudicio defuncti percepti sunt. Quod si in diem, vel sub conditione fideicommissum relictum sit, fructus medio tempore perceptos sibi in quartam, & quartæ fructus imputat: eos enim ex iudicio defuncti percipisse videtur, l. filiusfamilias, ad legem Falcid. P. In fideicommissariam, ad Trebellian. P. l. cum pater, §. Titio, de legatis 1. Exceptis liberis grauatis, qui perceptos fructus non imputant, l. iubemus, C. ad Trebell. neque nepotes, d. l. iubemus, §. illud, vel pronepotes, nec alii descendentes, Bar. in d. l. iubemus. Verumtamen extraneus non computabit fructus perceptos ex quarta sibi retinenda, sed sibi retinet præcipuos, dicit l. in fideicommissariam. Si quidem t̄ forma communis substitutalis omnium quartarum est, 25 ut detrahanter, & in proprietate fructus non imputant, non in nuda proprietate, ut videbis tractatum in §. prohibemus, vers. non licebit, ad verbum relinquat, de trien. & sem. in Auth.

Finis t̄ Trebellianicæ deductionis est, cum relatione approbationis fideicommissi similis. Ratio quoque eius, & prohibitionis causa & imputationis, a voluntate pendet testatoris, quam sequendam omnibus voluntatibus sæpius monuimus. Possent hic addere pleraque alia subtilia, sed ea potius relinquenda sunt scholis, quam digna sint volumine de rebus vtilibus & grauisimis instituto. Quare hæcenus etiam sufficenter dictum puto, de institutionum generalium seu vniuersalium formulis, gradibus illarum, quæ per substitutiones annexantur. Nunc dicendum nobis est, de alia institutione particulari, quæ etiam in testamentis fieri solet, de legatis videlicet.

De Legatis, Cap. 32.

Lib. 2. Instit. tit. 20. lib. 30. 31. 32. P. tit. 1. lib. 6. C. tit. 37.

- 1 Legare quid in genere, & in specie: & legatus unde dicitur.
- 2 Prælegatum quid, & quando illud retinet heres repudiando hereditatem.
- 3 Legatum quid, diuisio, & formula antiquæ, & 4.
- 5 Legatum per vindicationem, per damnationem, per sinendi modum, per præceptionem vltimæ qualis, & nu. 6. 7. §.
- 9 Legata ad vnum genus redacta.
- 10 Legari quæ possunt, & seq.
- 11 Instrumenta plurium rerum indicata: & penus quid continet,
- 12 Suppellex quid.
- 13 Vnus fructus omnium bonorum legatus uxori quid contineat.
- 14 De legatis 1. 2. 3. tituli quid contineant in summa.
- 15 Legatum fructuum nasciturorum quomodo purum & conditionale est, & transmissibile.
- 16 Legari quæ sunt in commercio hominum permissio, & illa ut intelligantur.
- 17 Aliena res legata quando ab herede dari, vel eius afirmatio debet.
- 18 Emctionis nomine pro legata re, quando heres legatarius tenetur.
- 19 Legatum eius quod testator dicit se habere & non reperitur, inutile est.
- 20 Monumenta legari nequeunt, sed ius inferendi mortuum.
- 21 Legatum nõ valet eius, quod quis legatario tenebatur restituere.
- 22 Sui rei quando domino legari vel donari potest.



- 23 Legatum summe legatario debita, quando compensandi causa facium videatur.
- 24 Legatum inutile pluribus modis est. Utile quod.
- 25 In gymnicum certamen legatum Viennensibus improbatum.
- 26 Dombus coniuncta legari negantur.
- 27 Legare, aut fideicommittere quis possit.
- 28 Legatum propria auctoritate nec sibi nec alii nemo utiliter scribit.
- 29 Lycurgi lex de non donando, nisi testamento abrogata.
- 30 Legare potest qui potest testamentum condere, etiam ab intestato & codicillis.
- 31 Legata debentur & fideicommissa ex testamento irrita ratione exheredationis vel prateritionis.
- 32 Funda an legari possint.
- 33 Testamenti protinus invalidi legata non debentur.
- 34 Legatum a coacta voluntate testatoris factum non debetur.
- 35 Legandi formula iuris, remissive.
- 36 Legatum purum, & presens quid.
- 37 Condicio de presenti, de praterito, & de futuro quid operetur. Et de futuro conditio qualis sit, de q. potestativa, casualis, & mixta conditionis natura nu. 38. 39. 40. 41. 42. 43.
- 44 Conditiones possibiles plures coniunctis vel disiunctis imposita, quomodo implenda.
- 45 Conditionis implende ius non transit ad heredes.
- 46 Conditiones facti res, ut deur, fiat, contingat: & contra, ne deur, ne fiat, ne contingat, eo.
- 47 Conditiones quomodo impossibiles iure & facti, & num per impossibiles veniunt relicti & 47.
- 48 Legatum in diem certum vel incertum relinquunt, & de utriusq. natura, & seq. 49.
- 49 Dixi quis lactis dicitur, & quis artificialis & naturalis.
- 50 Modus in ultimis voluntatibus quid, & quomodo a causa & conditione differat.
- 51 Causa facti quando vitiet legatum, cum distinctione causae impulsiva & finalis, & nu. 54.
- 52 Conditiones & demonstrationis differentia.
- 53 Legata fideicommissis exequata esse quomodo intelligatur.
- 54 Fideicommissum particulare & legatum in quibus differant, a fideicommissio universalis.
- 55 Falcidia & Trebellianica differentia.
- 56 Ordo scripturae in testamento, institutionis & legatorum non inspicitur.
- 57 Legatum pluribus coniunctis & disiunctis sit.
- 58 Electio, vel optio legari ad quem pertinet.

**L**egati nomen generale est, ex significatione una ad plura relatum, videtur enim legare idem esse quod eligere, mandare, decernere. Vnde apud Vatronem 4. de ling. Latin. Legati, qui lecti publice, quorum opera consilioq. videntur. Sic lege 12. tab. legatum, voluntatis electio cuiuscuq. generis dicebatur, siue institutionis generalis, siue singularis, teste Pomponio. Verbis, inquit, l. verbis duodecim tabularum, 12. de ver. sig. & disponat. de nupt. in Authen. 12. tab. his, uti quisq. legasset, sua rei ita sui esto. latissima potestas tributa videtur. Et heredem instituendi, & legata & libertates dandi, iurorq. constituendi, sed interpretatione coangustatum est, vel legum auctoritate, vel iura consuetudinem. L. ius lib. 1. de ad. 1. Numitori gentis Syluiae regnum legat. Ita generali appellatione legati venit fideicommissum, & donatio causa mortis, l. & fideicommissum, §. de leg. 3. Hodie tamen, nomen ad singularia relicta vltima voluntate, vt plerumque pertinet. Neq. dicuntur iuris scilicet vniuersalis successores legatarii vel fideicommissarii, sed rerum particularium, §. sed legatarius, de test. ord. apud Iustin. ¶ Interdum praelegatum, idem est quod legatum, vt notat gl. rubricaria in tit. de dote praereg. P. & alii. Ioan. And. in c. 3. de consuet. Et facit l. vir v. furas, de don. int. vir. & v. x. Proprie tamen praelegatum, id est quod heredibus vltra & praeter portionem hereditatis legatur, id quod habet praecipuum, & quod coheredibus non communicatur, quodve etiam repudiando hereditatem possunt retinere, si de contraria voluntate testatoris non constat, vel nisi ea mente praelegauit testator, vt eo praelegato institutus institutus hereditatis partem agnosceret, vt Papinianus vtrumque respondit, l. filio patris, 89. Et Marcell. in l. sed si non, 90. rurs. Pavin. in l. quid ergo, 92. de leg. 1. Et proinde singulari iure, heres vulgari substitutione facta, vel fideicommissio gratuita, restituendo fideicommissum retinet praecipuum praelegatum, nisi iusserit & illud defunctus restitui, l.

cum responsio, 12. de legat. l. 3. §. quidam liberis suis, & ibi Barro. ad Trebell. P. Et si Falcidia locus sit, praelegata accipiet, antequam legis Falcidia inaeur ratio, l. quod de bonis, §. per, ad l. Falc. P. ¶ Legatum ¶ definitur, vt sit delibatio hereditatis, l. legatum est, de leg. 3. Sed latius, vt sit donatio quaedam a defuncto relicta, ab herede praestanda, §. legatum, de legat. apud Iustin. l. legatum, 30. de legat. 2. ¶ Diuisio ¶ legatorum olim fiebat per quatuor legadi genera, per vindicationem, damnationem, finendi modum, per praepceptionem, §. sed olim quidem, de lega. apud Iustin. quae differrebant inter se materia, forma, & effectu, vt explicat quidam libelli, qui nomine institutionum Caii, Caius lib. post. instit. tit. 6. de legat. & titulorum Vlp. in tit. tit. 24. ante sententiam Iulii Pauli lib. 3. senten. c. 8. inscribuntur vel honorantur. Sed aperte Theophilus in §. 2. de lega. in suis Instit. Vbi per vindicationem verba legatorum fuisse refert, do illi solidos centum. Vlpianus vbi supra, si Vlpiani quidem sint tituli, addit eius generis vindicationis familia verba, do, lego, capito, sumito, habeto.

¶ Porro, ¶ inquit Theophilus, vindicatio haec dominum faciebat legatarium, simul atque heres adisset, ita vt aduersus quemuis actione in rem vti posset. Vindicare enim est per actionem in rem auferre. Per damnationem sic fiebat legatum, ait Theophilus, Damno te heres, illi dare solidos centum. ¶ Addit ¶ Vlpianus, heres meus damnas esto dare, dato, facio: heredem meum, dare iubeo. Naicebatur, inquit Theophilus, hinc actio contra heredem in personam, quae dicitur ex testamento. ¶ Sinendi ¶ modo relinquebatur legatum, sic, Damno te heres, vt illi permittas illam rem, accipere. Et hinc idem actio ex testamento competeat. Similes formulae, Heres meus damnas esto, sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibiq. habere. ¶ Praepceptionis ¶ verba sunt, Praecipuam, ille ex parte heres rem illam accipito. Lucius Titius illam rem praecipito. Exigebatur autem quod per praepceptionem relicti erat, iudicio familiae circundae.

¶ Et haec ¶ quidem olim, sed postea Constantinus, Constantinus, & Constantus CCC. sustulerunt ex legatis veterum formularum, l. in legatis, 21. de lega. C. §. sed olim, eo. tit. apud Iustin. Iustinianus dehinc penitus id perfecit, l. 1. & 2. C. comm. de legat. Et legatorum genera ad vnam reduxit naturam & substantiam, quibuscuque olim perficerentur modis, & verbis, §. nostra autem constitutio, de leg. l. 1. C. com. de legat.

¶ Legatum ¶ & praelegatum res singulares, indiuidua, corpus, & quid vniuersum, & per se, & cum adiunctis: vt grex, quo nomine & oues adiunctae post testamentum debentur, §. si grex, de lega. l. si grex, 21. & seq. de lega. 1. Na vniuersitates augentur & minuuntur, vt que dum dies legati cedat, hoc est, donec debeantur, l. denique, §. si de pet. leg. P. vt & transferri possunt ad heredes, l. 3. quae, dies lega. ced. C. Exemplum quae explicatur in peculio legato, apud Iustinian. in §. si peculium, de leg. tot. tit. de pecul. legat. P. quod vniuersitatem facit, glo. in l. quod dicitur, ad ver. sed doto, de impen. in reb. dot. fac. l. am l. 3. nu. 10. de eden. Consideramus & in ancillis legatis partus, qui legato cedunt, §. si quis ancillas, de lega. Legatur fundus instructus, & sine instrumento, toto tit. de sum. instrum. ¶ Instrumenta quae separatim alicuius loci vel artificii quo, legato plura continentur secundum legum tractationem, quae ea indicant: vt quae instrumenta tabernae, l. tabernae, 7. & l. tabernae, 13. eo. fundi, l. instrumenta, 8. & seq. 4. & l. l. i. §. sua. l. pictoris, §. instrumenta, 2. eod. cauponae & balnei, l. tabernae, 13. & 2. seq. eod. villae & vineae, l. villa, 16. eo. pictoris, l. pictoris, 17. eo. lanionis, l. cum de lanionis, 18. eo. Legatur & penus, quae plura continet ad vitam necessitaria, & alimenta, explicata luculeter in l. 3. de penul. legat. P. & a Gellio lib. 4. c. 1. Legatur & alimenta, tit. de alim. & ciba. leg. P. ¶ Supellectilis ¶ nomine, omne domesticum instrumentum patrifam. quod nec argeto aurove facti, nec vestimenta numeratur, res mobiles non animales, & quae explicantur in l. 1. 2. 3. de supell. lega. P. cum legibus aliis eius tituli. Item alia, aurum, argentum, mundus mulieribus, vestis ornamentum, vnguetum, statuae, quae plura sub se eiusdem speciei & generis continent, vt docet tot. tit. de aur. & arg. lega. & c. P. Debitoribus legatur debita, tit. de lib. legat. P.

¶ Est ¶ & legatum vniuersum omnium bonorum, quod fieri solet vxoribus relicti, vel institutis post mortem eius filiis: de quo vide Bened. ad ca. Raynutius, ad ver. reliquit, nu. 7. 8. 9. de testam. vbi quid eo legato contineatur, ostenditur, & apud Guid. Pap. q. 54. nu. 4. ¶ Totus ¶ liber de leg. 1. de rebus tradit, de leg. 1. de personis, de legat. 3. de verborum explicatione, quae in legatis exiguntur. Longiores sane, quam Enchiridio contineri possunt: ideo tantum ex his adferemus pauca.



- 15 ¶ Legatum fieri potest de rebus, quæ in rerum natura non sunt, sed tamen sperantur futura, quale fructus ex fundo nascitur, §. *an quog. res. de lega.* Et hoc legatum, quod pertinet ad transmissionem, non conditionale, sed purum est, *Papin. l. conditiones, 68. de condit. & demonstr. ratione vero præstationis, conditionale, ut si nihil natum sit, nihil debeatur, l. quod in rerum natura, 4. de lega. 1. L. i. i. 17. de leg. 2. l. in fin. de condit. & demonstr. P. l. inter dum, 73. de verb. oblig. l. amio, 8. de contrab. emi. P. ¶ Legari ¶ & possunt tam corporalia, quam incorporalia, dummodo possint esse in commercio hominum, *Pau. l. non prohibeatur, veluti iura, seruitutes, actiones. Africa. in l. cetera, 43. de lega. 1. §. tam autem, de leg. apud Iust. in. ut. de seru. l. 1. & de usu & usufruct. legat. P. Quæ extra commercium hominum sunt, legatis non dantur, l. idem Iulianus, 41. §. si de lega. 1. alias §. legis, apud Iulianum, §. & si ratio res sit, de legat. apud Iust. nec contractibus transferuntur, l. inter stipulans, §. sacram rem, de verb. obligat. Si tamen rerum hominum commercium recipiatur, quamquam illæ in commercio heredis non sint, nihilominus debeatur legatæ, veluti si res aliena legatur, & ita in commercio heredis non sit, si ea redimi non possit, dabitur legatario æstimatione, l. sed si res aliena, 42. cum similit. ibi nota. de leg. 1. arg. l. mutuum interest, de verb. oblig. ¶ Legatur ¶ & factum, ut si heres damnatur, vel ei iubeat testator vendere cuiuspiam rem iusto pretio, vel certo l. si fideiusor, §. fin. & l. et si equo pretio, de leg. 1. Res suas & heredis testator legare potest, §. non solum, de legat. nec interest sua vel heredis putauerit, §. si quis rem suam eod. l. unum ex familia, §. si rem suam, de leg. §. potest, de sing. reb. per fideicom. relit. Quia heres & testator videtur unum esse patrimonium, l. debitori, de pact. C. l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulg. Item, quia heres ad eundem videtur conditionem imposita & onus agnoscere, & cum defuncto quasi contrahere, l. apud Iulianum, §. fin. & l. leg. ex qui. causis in possess. eat. P. §. heres quoque, de oblig. que ex qua. const. nascit. Verumta neni, si res sit communis testatori cum herede, non cõsuetur in dubio voluisse testator partem heredis, sed suam legasse, l. alimenta, §. fin. de alimen. & l. leg. l. 5. §. fin. de leg. 1. qui concubinam §. qui fundum, de leg. 3. ut si rem, in qua vsum fructum habet, legat, ius suum tantum cõsetur legasse. Et ideo nihil legasse videtur iure suo morte extincto, l. vxor, 20. de leg. C. Potest & testator rem alienam, & alterius quã heredis, legare, & valet legatum, sed cum distinctio: ut si sciens pradenq; testator rem alienam legauerit, heres teneatur eam redimere: vel si dominus eam non 18 luerit a se abdicare, æstimationem legatario dare. ¶ Si vero ¶ cum sua m. pararet, aliena legauerit, non teneatur illam redimere, nec dare æstimationem: nisi coniunctæ personæ legatur, §. non solum, de leg. & nisi aliqua ecclesiæ, alteri ecclesiæ testator legauerit, propter personarum legatariorum statum, iuxta c. filius, ca. 5. de testa. apud Gregor. num. iure pontificio res aliena legari possit, vide *74. ad l. cum alienam, num. 11. C. de legat.* Quia distinctione recte intelligitur, quando heres de euctione legati tenetur, ex responso Vlpiani in l. si domus, 74. §. de euctione, de legat. 1. Existimo autem Papiniani responsum, in l. com. patet, 79. §. euidis prædiis, de lega. 2. emendatum esse per postremam partem l. cum rē alienam, C. de leg. dum inibi dicitur, filio relicto m. prælegatum non euinci, nisi pater rem alienam legauerit ut suam. Alioquin extra dubium est in genere vel in specie legatū, veluti si seruus legatus est, & postea in diuiduo seruum vel aliam rem soluat heres, qui quæve euincantur, de euctione teneri heredem, l. qui concubinam, 29. §. si heres tibi, de legat. 3. ¶ Si tamen ¶ res legatur, quam dicit testator se habere, & non hereditate non inueniatur, inutile est legatum, l. si ita legatu n sit, 68. l. si quis legauerit, 75. de legat. 1. & magis derogatum est, quam vtile, l. si domus, 74. eod. si dolo malo heredis factum non sit, ut illa non inueniatur, in l. cum ita legatur, 33. de legat. 2. Item, si mihi quod Titius debet fuerit legatum, nec Titius debeat, sciendum est nullum esse legatum: quia si debitor esset, actiones aduersus eum heres mihi duntaxat præstare cogeretur, l. si sit legatum, 38. §. 1. de legat. 1. Quod si debitum quippiam fuisset tempore testamenti, sed testator viuis exegisset, extingueretur quoq; legatum, l. fideicommissa, §. si rem, de legat. 3. Similiter si quis legauit quinque vel alia, quæ in arca habebat, & nihil in arca repertum sit, sine culpa heredis legatum inutile est, l. si seruus legatus, 112. §. qui quinque, de legat. 2. V. & Martianus respondit in alia specie, l. heres testatoris, 5. de legat. 3. heres testatoris legata, qua in profundo esse dicitur, quandoquaque apparuerit, præstat, non autem antea.**
- 20 ¶ Monumenta ¶ porro legari non posse, manifestum est, ius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur, l. monumen-

ta, 14. de leg. C. Neque ¶ ea quæ quis non habet, legantur ab ino-  
 pe, l. si vniuersa, 15. eod. Item quia legatum dicitur in definitione  
 sua donatio, liquet non posse dici legatum relicto, quod alio-  
 quin testator tenebatur legatario restituere, vel reliquere, leg. si  
 quando, de legat. 1. nemo enim in necessitatibus liberalis existit, si  
 rem legatam, de adm. lega. ¶ Nec proprie res dominis earum re-  
 linqui, vel legari dicuntur, l. proprias tuas res, C. de leg. §. sed & si res,  
 eod. apud Iustinian. nisi conditio aliqua adiciatur, quæ suspendat  
 tempus, quo fieri possit, ut res domini esse desinat ante eius im-  
 plementum, *Pau. l. meares, 97. de cond. & demonstra. P. l. nemo, rem  
 suam, de verbo obligat. P. Quod enim meum, amplius meum fieri  
 non potest, §. si inique discretis, de action. Quia ex pluribus causis  
 dominium queri non potest, §. ex pluribus, de acquir. possess. Si  
 igitur aliqua causa sit, propter quam quod legatur dominis præ-  
 stari adhuc non deberet, vel si exceptio aliqua esset contra peten-  
 tem, recte ea ratione ius quod non habet dominus, domino rel-  
 legatur, l. si creditori meo, 28. de legat. 1. non aliter, l. fin. autem, 29. co-  
 l. Mensur fundum, & l. domum ex familia, 69. de leg. 2. cum similit.  
 Ad nota tamen distinctio in domo, §. si res aliena, de legat. ¶ Quare  
 notabile illud est, quod institutio, seu legatum factum ei, cui re-  
 sistere alicui tenebatur testator, cõsetur animo compensandi  
 factum, si tantum legatum sit quanti est debitum, l. si cum doctem, 23.  
 §. fin. pater filia, sol. matrim. in P. vide l. 1. §. si de do. proleg. P. alioquin  
 inutile legatum est factum creditori, si nihil tam plus sit in legato,  
 quam in credito, §. ex contrario, de legat. ¶ Si ¶ autem pluribus  
 modis legata inutilia ex parte rerum & personarum, & modole-  
 gandi, si deficiat legatum ex persona legantis, ut si non possit tes-  
 tati, puta si seruus, 2. Ex parte rerum, si res legari non possit, 3. Si  
 incapax persona cui legatur, &c. quæ persequi longum & falli-  
 diolum esset: vitia tamen dices, quæ aliqua lege reprobata non  
 inuenies. Improbatur vero expresse ambitiosa & inhonesta,  
 contra bonos mores mandata, l. si quis inquit nos, 105. §. si. & l. tur-  
 pia, 57. de leg. 1. quidam, de condit. inst. l. 1. de his que fuer. nom. C.  
 l. generaliter, de verb. oblig. P. Neque illud legatum approbatum,  
 quo Ruscus Cepio testamento cauerat, ut certa summa Senato-  
 ribus curiam ingrediebantur vitibus ab herede daretur: quia am-  
 bitiosum nec honestum nec tutum, ut vnus loeples priuatus, de  
 tanto ordine ciuium benemeritis videatur, ut referi Suetonius  
 in Domit. c. 9. Ita ambitiosa decreta rescindi debere etiã ordinem,  
 respondit Vlpianus in l. ambitiosa, 4. de decret. ab ord. fact. P. ubi si-  
 miles puleros citatos tex. agl. vide.*

¶ Sufficit ¶ legatum factum Viennensibus in ludum Gymna-  
 sium Trebonius Rufinus, in suo dnmuitatu: quod & approba-  
 uit Imperator Traianus: ne per hoc impudicum & nudum certam-  
 men, propter otium & voluptatem Viennensium mores infice-  
 rentur, ut ait C. Plinius lib. 4. Epistol. ¶ Legari ¶ & verat Senatuf-  
 consultum res, quæ subtrahunt ædificiis, deturpant aspectum ciuitatis,  
 Africa. in l. cetera, 43. §. item quari, §. sed & si quis, de leg. 1. Per-  
 tinet enim ad decus vrbis ædificia non derelinqui, l. prator ait, 20.  
 §. hoc interdicitum de nou. oper. nuntiat. P. cum deformentur vrbes  
 ruinis, l. fin. ne quid in loco pub. P. Exstat & editum de ædificiis priuatis  
 hac de re, lib. 8. C. ut l. 10 in l. 2. Ita nec legari, nec fideicom-  
 mitti posse ædes detruendas, tradit Martianus in l. siue familias,  
 117. §. ades, de leg. 1. ¶ Legari ¶ vel fideicomitti tantum ab eo po-  
 test, qui testamentum condere potest, in l. 2. eod. l. 1. de leg. 3. l. ex te-  
 stamento, C. de fideicom. ut in l. 2. de lega. 1. Et ideo in finitione addi-  
 tum est, legatum esse d. nationem a defuncto factam, §. legatum,  
 de leg. Et repellitur exceptio doli, qui agit vel heres vel legatari-  
 us, si non habeat voluntatem testatoris, Vlp. in l. apud Celsum, 4.  
 de dol. mal. excep. A defuncto porro dicitur relicta donatio legati,  
 quod non nisi morte legatarij, vel ultimæ voluntatis testamentariæ,  
 firmentur, cum *Marius de celebr. missa, l. si quis, in principio, de  
 leg. 1. l. 4. de adm. lega. P. l. cum hic status, §. oratio, de donat. inter vir.  
 & vxor. P. Et ante mortem adimi, transferri, angeri, minui ve-  
 legata & fideicommissa possint, l. 3. §. non solum, & l. sicut adimi, 5. &  
 l. translatio legati sit quatuor modis, de adm. legat. P. l. fideicommissum,  
 27. de fideicom. C. ¶ Quod ¶ si alius quam testator & sine eius  
 voluntate legatum in testamento vel sibi, vel alteri scripserit inu-  
 tile est, & perinde ac si scriptum vel relicto non fuisset, l. 1. & l. si  
 de his que pro non script. hab.*

¶ Legatorum ¶ relinquendorum formula ex testamento solo  
 aliquando pendebat, ut in alia voluntate relicta non deberetur:  
 ut quondam ex lege Lycurgi in republ. Spartiatarum ex testa-  
 mento tantum bona sua donare, vel relinquere licuit. Sed postea  
 & sine testamento licuit: quia male hæc restrictio reipublice ces-  
 setat.

ferat, quod heret magna inaequalitas in ciuitate, aliis nimium opulentis, aliis nimium pauperibus, Aristot. 2. Polit. ca. 7. Sic et iure ciuili, & testamento licet, & ab intestato relinquere legata & fideicommissa, dummodo is qui relinquit, potuerit si uoluisset testamentum condere. l. filiusfamilias. 117. de legat. §. praeterea. de fideicom. hered. Item in Codicillis, l. 4. C. de codicill. quia Codicillos is demum facere potest, qui de iure potest facere testamentum, l. diuus Verus. 6. §. codicillos, & l. conficiuntur, §. codicilli, de iure codicill. Et ab intestato & nūtu relinquere legatum & fideicommissum potest, dummodo si uoluissent, loqui potuissent, l. in epistola, C. de fideicom.

31 Et si quamuis corrumpat testamentum patris, ex causa exheredationis, vel matris ex causa praeritionis: tamen conuenit inter Doctores, legata particularia & fideicommissa praestanda, in Athen. ex causa, de lib. praeter. C. praestantur & tunc legata & fideicommissa, in Codicillis facta, gl. in l. 1. §. iteras, de codicill. quam esse approbatam, tradit Curtius inuor in d. Aurb. ex causis, nu. 62. de lib. praeter. l. Clar. lib. 3. sentent. in uer. testamentum, q. 54. nu. 5. Non enim corrumpit testamentum ex eo, quod incapax testandi fuerit pater, sed ex eo quod institutio filii in eo omisa sit, vel exhereditio. Simile exemplum in lib. de hered. institut. P. Et in eo qui dolose omisa causa testamenti, ut fraudet legatarios & fideicommissarios, ad intestati successione recurrit. Nam & hic defuncti testatoris uoluntatem circa legata & fideicommissa exsequi cogitur, l. 1. §. fina. C. l. 2. §. l. quia autem, cum similibus, §. quia omis. C. caus. testam. lib. 29. p. tit. 4. Patet et inde ex aduerso, quia uoluntas iure feudorum non potest de feudo testari, ut non possit illud legare pro anima, §. de uer. feudum, q. 40. n. 5. sicuti diximus contrarium admitti in re aliena legata. Id tamen plures habet ratione naturae feudi distinctiones, uide & pra. Clarum in pra. q. num. 6. de quibus nos in feudis, & in Gallia feuda cum sint patrimonialia, habent aliam regulam, ut suo loco monuimus. Obseruandum

32 autem ex testamento protinus inualido, non deberi ex eo legata vel fideicommissa particularia relicta, nec actiones dari, ueluti si imperfectum sit, l. si quis cum testamentum, 2. §. ubi Bart. de testam. l. hac consulsissima §. ex imperfecto, C. eod. l. 1. C. de posth. hered. institut. nisi illud ex clausula Codicillari possit, tanquam Codicillorum iure sustineri, docet Guil. Bened. ad uer. si ab his liberis, 2. in fideicommissaria substitutione, nu. 117. 158. 159. Et seq. Item et ex coacta legatione non potest fieri petitio, si testamentum & quod in eo dispositum est, ex coacta uoluntate testatoris fiat, idem ad uer. condidit, nu. 7. Exempla et legatorum concipiendorum, & uariae formulae, ex iure ciuili de praeterita, collectae sunt apud Spiegelum in suo Lexico, in uer. Legatum. Proinde ad illam recurre, ego non immorabor in iam elaboratis: & alia methodo dico breuius, ne in indiuiduis teramus tempus, legatum relinquere aut pure, aut sub conditione, aut in diem, aut ex die, aut sub modo, aut cum causa, aut per fideicommissum, aut vni, aut pluribus, disiunctim aut coniunctim. Legatum purum, dicitur idem quod praesens, quod conditionali opponitur, l. 1. de cond. & demonstr. P. Et quoddam tamen & purum & conditionale diuersis respectibus uidetur: vel legatum annuum, quod in singulos annos debetur, hoc est, omni anno, l. legatum, §. uini, de annu. legat. P. plura enim legata continere uidetur, & primi anni erit purum, sequentium conditionale. Videtur enim hanc inesse conditionem, si uiuat: quia incerto legatario non transit legatum ad heredes, l. 4. eo.

37 Condicio vel de praeterito, vel de praesenti est, & illa non suspendit legatum, neque alium actum cui adicitur secundum Modestinum, l. itaque, si uer. petat. P. l. cum in iustis, 2. de iniustorrupt. l. conditio, 100. de uer. obli. si iam facta, de cond. & demonstr. P. vel de futuro ea que proprie, & ea uel quandoque impleri potest, possibilibus, in l. 2. eo. vel nunquam, & haec impossibilibus, in l. 3. eo. Et si Possibilis dicitur, quae impleri potest, non impediente natura, rerumque successu vel legum prohibitione. Eaque triplex, potestatiua, casualis, mixta, l. vnic. §. fin autem aliquid, de caduc. tollent. l. fina. de necess. hered. institut. Potestatiua, quae ut existat in hominis potestate situm est, l. ius quoque, §. puro, de hered. institut. P. Casualis dicitur, quae extra nostram operam, & aliunde quam ex nobis, impleri vel deficere potest, ut conditio, si uicerit. Victoria enim a Deo, non ab hominibus. Mixta ex utraque componitur, ut si capium situm a Turcis suscipere uiderit. Ibi enim diligentia & factus eius, in potestate est hominis, ut fiat uel omitterat: sed sospitem redu-

cere, aliunde quam ab homine per det. Potestatiuarum et conditionum rursus, alia in dando, alia in faciendo consistit. In faciendo est duplex, una quae ex arbitrio alterius ut impleatur per det, cuius naturam si sciuerit testator, & cognouerit non nisi arbitrio alterius de mandari posse executioni, nisi impleatur, facit deficere dispositum: contra, si non perspexerit, l. final. C. de condit. institut. l. in testamento, de condit. institut. P. Alia dicitur promiscua, quae & uiuo testatore, uel eo mortuo impleri potest, in qua nihil impedit, quominus qui huic conditioni paruerit quocumque tempore, hereditatem datam vel legatum sub hac conditione relicta, consequatur, l. 2. de cond. & demonstr. P. l. si iam facta, 11. §. item sciendum, & l. conditio, eo. l. lege si quis, C. de cond. institut. Qui potestatiua conditione faciendi aliquid capere debet, si is facere paratus sit, sed per alium impediatur tertium, uidetur impleuisse conditionem, & heres est, uel legatum consequitur, l. multa, & l. si Titius, 14. & l. cum si ea datur, §. fin. de cond. & dem. P. l. qui potest, de reg. iur. l. Labeo, de contrah. iur. P. ut contra, si non fiat, non debetur relicta, l. 3. de cond. institut. C. Quomodo quomodo casu etiam de finit esse res, uel persona in qua aliquid faciendum est, ante implementum vel factum, l. legatum, 4. eod. Conditions etiam in non faciendo consistunt, affines sunt, pro quibus implendis, hoc est, ut consequatur hereditatem, legatum, uel fideicommissum sub hac conditione, si quid non fiat a nobis, relicta: oportet Mutianam cautionem praestari, l. Mutiana cautionis, l. is cui, 18. l. cum tale, 71. in prin. & l. 1. & l. Lania, 76. §. 1. & 2. de cond. & dem. P. l. 3. §. si quis ita, de adim. leg. cum sim. Conditions etiam in dando consistentes, implendae quoque sunt in forma specifica saltem ex parte eius, qui consequi uult relicta, ea conditione: etsi incapax sit rei datae is, cui datur, l. qui heredi, & l. Marcus, de condit. & dem. l. qui ita, 13. de cond. institut. Et quamuis regulariter necesse sit de iure conditionem impleri, l. pen. quan. dies leg. ced. tamen cum id fieri non potest, sufficit de facto eam impleri, l. mulier, §. si quis, de cond. institut. P. Et proinde, inquit Paulus, l. 3. eod. si ita heres institutus sim, si decem de dero, & accipere nolui, cui dare institutus sum, pro impleta conditio habetur. Sed & aliquando huius conditionis in dando consistentis non habetur ratio, quando dare grauat heres uel legatarius supra quantitatem a lege permissam: ut si heres supra dodrantem legatis praematur, l. ad leg. Falcid. P. uel in legitima filius, l. quoniam in prioribus, de inoff. testam. Casualis etiam conditio, cuius implementum ex causis quae extra nos sunt, interdum omnimodo existura est, etiam si ignoretur certum tempus: & tunc ea non suspendit dispositionem uoluntatis, perinde est ac si pure relicta esset, l. si pupillus, §. si sub ditione, de nouat. P. Interdum habet incertitudinem, num existat uel non, & tunc euentus expectandus est: neque dilatio tollitur, nisi causa, in qua suspensa est dispositio, subacta sit, l. si quis, de acq. uel omis. hered. P. In mixta uero conditione, quae ex facto legatarii & extranei, uel alterius pendet, conditio habetur pro impleta, si is cui iniuncta est, paratus sit implere, & tamen perfectum extranei non impleuerit, l. si quis in testamento, 11. de condit. institut. P. contra, si per eum steterit, l. uxorem, §. heres, de leg. 3. Ceterum et obseruandum est, in implemento possibilium conditionum, interdum plures apponi vni relicto, uel copulatiue, uel disiunctiue. Et si copulatiue apponantur necesse est eas omnes impleri, ut locus sit petitioni: si disiunctiue, alteram quam libuerit, l. si heredes plures, 5. de condit. institut. §. si plures, & §. si autem disiunctiue, de hered. institut. apud Instinannum, l. si ita quis, & l. si quis, & l. si quis ita, de uerborum obligationibus, l. cum pupillus, de condit. & dem. Nisi separatim plures testamento diuersis locis ioferta sint conditiones: quia tunc eas oportet omnes impleri, l. sub diuersis, & l. quod in adiuturum, l. nam ad ea, l. per fidei, eod. P. Quod si pluribus imposita sit uua conditio, si diuina est: potest impleri pro portione eius quod quilibet: cum aliis praestare debet, l. si plures, C. de condit. institut. l. cum fundus, 55. de condit. & dem. si indiuidua, non sufficit ab uno impleri, nisi manifesta sit pro ea sententia uoluntas testatoris, l. talis, eo. l. si ita fuerit, de manu. testa. Sed & si diuina conditio vni imposita est, non poterit pro parte impleri, d. l. cum fundus, de cond. & dem. Atque illud singulare notandum, ius implendi conditionem non transire ad heredem illius, qui eam adimplere debebat, nec in heredem eius, in cuius persona impleri oportebat, l. a testatore, eo. l. vn. §. fin autem sub conditione, de cad. tol. C. Vt legatum intercidit, si persona ea deceaserit, cui legatum est sub eadem conditione, l. intercidit, 58. de con. & dem. P. Quod maxime in conditionibus consistentibus in facto sequendum est. Quae, ut ait Pau. in l. in facto, 59. eod. uarietas habet, & quasi tripartita recipiunt diuisionem, ut quid datur, ut quid fiat, ut quid contingat: uel retro, ne desit, ne fiat, ne contingat.



Ex his dandi faciendiq; conditiones in personas collocantur, aut ipso-  
rum quibus quid relinquitur, aut aliorum. Tertia species in euentu  
ponitur, de quarum differentia vide l. multum interest, 2. eo. ¶ Con-  
46 ditiones ¶ impossibiles iure, vitiant institutionem filii & disposi-  
tum, si eas senatus vel lex improbet, aut si contra bonos mores, si  
de iusticia, l. filium qui in possessione, 15. de cond. inst. P. In aliis autem  
quam filius, habentur ac si appositae non essent: hoc est, perinde  
hereditas vel relicta capietur, ac si conditio hereditati vel lega-  
to appositae non fuisset, l. 1. §. fin. de iis qua p. om. nom. relinq. C. l. 1. &  
l. conditiones contra, 14. de cond. inst. l. turpia, de legat. 1. Quingue  
modis limitat hanc regulam Guil. Bened. ad ver. relinquit, nu. 16. 17.  
¶ Vnde de impossibilitate cum ibi nu. 11. 12. 13. 14. 15. Idiplum dicen-  
47 dum in impossibilibus iplo facto conditionibus, in l. 3. de cond. &  
de mon. P. d. l. 1. l. mulier, l. si quis institutus, de cond. inst. §. impossi-  
bilis, de her. inst. apud Justin. ¶ Item ¶ de conditione non facien-  
di, si ea sit extra honestatem vel utilitatem reipublicae, quae etiam  
remititur: vt si legatur mulieri, si non nuperit. Ex qua nuptiae  
perpetuum inhibita videntur virgini, & si vidua, perpetua viduitas  
imposita: nam tunc sublata vt reprobata conditione, legatum  
debetur, l. Titio centum, 70. §. Titio centum, in 1. leg. cum tale, 71. §.  
Mentis, de cond. & demon. l. 2. C. de indic. vid. coll. Quod hodie cor-  
rectam est in vidua, e. Auth. cui relicta, eo. Et olim quos conditio  
liberorum causa, quando impuberes essent, legatum matribus  
ea conditione relinquere, ne nuberent: nec dabatur legatum, si  
nuberent, l. si d. si hoc, 61. §. fin. de con. & demonst. Probata tamen est  
contraria conditio, si Titio nubat, vt non nisi nubat, legatum pe-  
tere possit: quia per hanc conditionem innuitur ad matrimonium.  
48 l. cum ita legatum, 62. & d. §. Titio centum, 2. not. in. ¶ In ¶ diem  
relinquitur legatum, vel certum, transmissibile est ad heredes legatarii,  
quia certum est deberi, contra si in diem incertum, hoc tractat  
l. 1. §. 1. & 2. de con. & demonst. Nota tamen distinctionem, l. cum  
qui rogatus, 15. de annu. leg. P. In diem certum erit legatum in ex-  
emplo, lego vsq; ad pubertatem, l. meli, 14. de alim. legat. P. Obserua-  
tamen quae traduntur & distinguuntur per gl. & interp. in l. obli-  
gationum fere, 43. de actio. P. exemplum etiam vide in Lambigul-  
tatem, 12. de iust. & habit. C. lib. 3. tit. 33. De utroque & in diem  
certum, & incertum facto legato vltus fructus. ¶ Ex ¶ die relinquitur  
49 legatum, vt a Paschate lego vsq; ad Pentecosten. Ad legatum ad  
diem referri possunt ea, quae differunt rationem legati ad certam  
diem vel incertam: vt, lego decem cum ad legitimum statum peru-  
neris. Ibi enim non conditio est, sed dilatio petitionis. Et ideo die  
legati cedente, in otio legatario transmittitur legatum ad heredes,  
l. ex his verbis, 5. & l. 3. C. quan. dies legat. vel fid. ced. lib. 6. C. tit.  
52. l. si post diem, 5. eo. lib. 36. P. tit. 2. Ex die videntur deberi & lega-  
ta, quae in annos singulos relinquantur, quorum petitio singulis  
annis credit ab initio, non autem a tempore primi anni, l. cum in  
annos, 10. l. nec refert, n. l. nos semel, 11. quan. dies legat. vel fid. ced. P.  
Et tamen annus inceptus habebitur pro completo, quod pertinet  
ad ius transmissionis legati eius anni, quo legatarius defecit,  
l. a vobis, §. de annu. & men. leg. lib. 33. P. tit. 1. Sicuti Vlpianus tradit  
duo perpulcra & notabilia, quotidianaque exempla, his verbis, l.  
2. eo. In annos singulos heres damnatus sinere se fundendo ¶ nisi ¶ si  
nitio anni quo colere deberet moram fecerit, licet postea patiatur, quia  
cultura sum. exclusus, tamen totius anni nomine mibi tenebitur.  
Quemadmodum, si diurnas operas Strychi dare damnatus non a ma-  
ne, sed a sexta diei hora det, totius diei nomine tenebitur. ¶ Quae verba  
50 ¶ postrema, de die lucis intelligenda sunt, qui constat 11. horis,  
vt Dominus dixit ad discipulos, nonne 12. sunt. hora diei? D. Iohan.  
Euang. 11. c. media pars diei artificialis, qui constat 24. horis, dua-  
bus dimidiatis noctibus, & luce media: incipiendo in hoc artifi-  
ciali die, ab hora prima nocturna, l. more Romano, 8. de iust. lib. 2.  
P. tit. 12. cum lucis dies incipiat naturalis ab ortu solis apparente,  
seu ab aurora, quae in æquinoctio est hora vt plerumq; sexta, dem-  
tis singularibus regionum distinctionibus ab hoc circulo æquali  
distantibus. Et prout de lege 2. §. 1. de verbor. signi. P. Sic Paulus  
intelligendus, Cuiusq; diei, inquit, maior pars est horarum septem  
primarum diei, non supremarum. id est, maior pars lucis diei est a  
sexta hora matutina vsque ad primam pomeridianam, l. 1. C. de his  
qua sub mo. leg. vel fid. relinq. lib. 6. C. tit. 45. l. in iure ciuili, 122. de reg.  
iur. P. ca. si post. §. si qua, quan. dies leg. ced. P. l. 1. C. de int. res. sub cond.  
fact. & ita septem horarum: non computatis supremis, quae ante  
horam sextam sunt matutinae. videlicet a computatione facien-  
da huius diei, omissis horis quae a 12. noctis progrediuntur ad sex-  
tam matutinam, & ita supremae sunt, id est, anteriores. Duodecim  
autem horis lucis in duas partes diuisis, ponendo sextam matuti-

nam, pro prima, & sextam vespertinam pro duodecima, erit 7.  
hora, quae est prima pomeridiana, maior diei pars lapsa. Sed hec  
obiter, alibi de tempore latius dictum est a nobis in 8. Syntaxe in  
artis mirabilis, & li. praelu. opt. Iuris. lib. 4. ca. 2.  
¶ Sub ¶ modo relinquantur quoque legata, estque modus instar  
conditionis, sed non tam adstringit quantum conditio, & effectum  
fortitur sine implemento modi sepe legatum, si per grauatū non  
stet, quo minus modum impleat, d. l. 1. de his qua sub mod. & cum  
sim. Exemplum est, si legata Sempronio ceterum sunt, vt Titius  
nubat, l. quodcumq; §. non solum, de verbor. obl. P. l. qui promissit, de cond.  
indeb. gl. 2. in d. l. 1. de his qua sub mod. C. gl. 2. in l. 1. de con. & demonst.  
gl. rub. in iur. de fal. cau. adsec. lega. C. & c. Distingues facile modos a  
conditionibus, per voculas, si, & cum, quae vt plurimum conditio-  
nem inducunt, in proximis citatis locis & l. demonstratio falsa, 17. §.  
fin. de cond. & demon. & voculam vt, quae facit modum. Quemad-  
modum facit causam dicitio, quia, d. l. 1. de his qua sub mo. & ibi In-  
terp. Sed maxime exitus & effectus distinguit, l. libero, §. Titius, de  
annu. leg. l. cum in testamento, de fideicom. liberi. l. si tibi, de leg. 3. Mo-  
dus in summa est, quando certum quiddam requiritur faciendum  
ab eo, cui per legatum vel fideicommissum relinquitur. Et ita a  
conditione distat, quia sub modo legatum tamen peti potest, data  
cautione de faciendo quod postulat: cum tamen dies conditio-  
nalis non cedat legato, nisi conditio existente. ¶ Causa adici-  
tur legatis vel fideicommissis interdum vera, aliquando falsa. De  
vera, dubium non est, quin sub ea factum legatum valeat, veluti  
in remunerationem. Sed de falsa distinguitur, num illa sit impul-  
sua, quam Graeci vocant ἀνεπιτηδύνη, vel finalis impulsua, quae  
animum testatoris commouet ad legandum, non vitiat legatum  
vel fideicommissum, siue antecedit, siue sequatur: veluti si quis  
dixerit, Titio, quia me abente negotia mea curauit, Strychum do lego:  
vel ita Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stry-  
chum do lego. Licet enim neque negotia testatoris vnquam gelle-  
rit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit, legatum tamen va-  
let, §. longe magis, de leg. l. demonstratio falsa, 57. §. l. cum tale, fal-  
sum, de cond. & demonst. l. 2. C. de fal. cau. adi. lega. nisi prebari possit  
testatorem aliud voluisse, vel per errorem id protulisse, l. 1. cod.  
¶ Et ita ¶ æquiparatur falsa causa, & falsa demonstratio, quae et-  
iam non vitiat legatum vel fideicommissum, si de corpore cõstet  
51 & voluntate defuncti, §. huc proxima est, de lega. d. l. demonstratio  
falsa, 17. §. l. 1. & l. falsa, 33. de cond. & demonst. Sufficit enim habere  
finem, ad quem verba diriguntur, c. intelligentia, de ver. b. sign. apud  
Gregor. l. si uno anno, loca. P. Et demonstratio est, sermo delinquens  
voluntatem loquentis, quam si cõsequatur, erratum non vitiat  
dipositum, non minus quam si dum constat de corpore, erratum  
sit in nomine vel cognomine rei legate, l. si fortidianum, 7. C. de  
lega. §. si quis in nomine, eo. tit. apud Justin. l. si in nomine, C. de testam.  
Quamquam in errore nominis appellatiua contrarium statuatur,  
l. 4. de legat. 1. Sic demonstratio plerumque vicem nominis habet,  
siue demonstratio fiat vel per officium, vel artificium, vel per ne-  
cessitudinem, vel affinitatem, l. neminatim, 34. de cond. & demonst.  
P. Vnde inter conditionem & demonstrationem hec interest,  
quod demonstratio plerumq; rem factam ostendit, conditio fu-  
turam, d. l. neminatim. Quare recte inspicenda in hac quaestione  
sunt verba testatoris, & ita de explicanda, secundum typum de-  
monstratum, ex quo incerti demonstratio accipit effectum: veluti  
si testator leget, Quodcumq; dotis nomine peruenisset, perueni-  
rum ve esset, qui petit, numerata pecunia probationem exhibere  
debet, l. 3. de fal. cau. C. Et Diocletianus & Maximianus in quoti-  
diano themate rescriperunt, l. fin. eo. Refert maxime an dotem tibi  
reddi maritus, an qua instrumento dotale conscripta sum, legatari, sen  
precaris querbis statui: quippe cum superiore quidem casu, danti proban-  
tibus repeti tantum, post errore vero (nihil nocente falsa demonstra-  
tione) quod significatum est instrumento postulari possit.  
¶ Ceterum, ¶ causa falsa finalis adiecta legato, quae in modum  
54 conditionis inseritur, vitiat legatum vel fideicommissum, §. longe  
magis, de legat. d. l. cum tale, §. falsam causam, & dist. l. demonstratio  
falsa, §. quod autem, de condition. & demonstration. veluti hoc mo-  
do, Titio, si negotia mea curauerit fundum do lego. Quia nisi con-  
ditio hæc impleatur, legatum deficit, l. 2. de his qua sub mod. Cod. l.  
qui heredi, 4. §. sine de condition. & demonstrationib. P. cum simili-  
bus. Et cessante causa finali, cessat effectus, ea. cum cessante, de ap-  
pellationibus, l. generaliter, 40. C. de episcopis & cler. l. 2. §. sine, de do-  
nation. P.  
¶ Inter ¶ formulas legandi appositū quoq; videtur fideicommissum ¶  
particulare, qñ testator dicebat, grano vel rogo herede meū, vel fidei-

ius committit dare Titio centum, vel domum, aut fundum has form. penit Guil. Bened. ad ca. Raynutius, ad ver. si absq. liberis, 2. in fideic. subst. num. 143. Quae formula videtur similis speciei legati, quae olim fiebat per damnationem, de qua antea dictum. Proinde cum omnes species antiquae legandi reductae fuerint ad vnam substantiam, sed olim de leg. & sublati sit verborum solemnitas, ista formula & substantia eius, quae fideicommissum habebat ab herede singularium rerum relictarum, aequata est legatis per omnia a Iustitiano, §. sed non vsque, eo. l. 2. C. com. de leg. Iussu cuius Pandectarum volumina composita sunt, cum auctoritate addendi, minuendi, & corrigendi Iurisprudendum responsa, l. 1. §. 2. de vet. iure enucle. Quo factum est, vt confarinatores Pandectarum in l. 1. de legat. 1. absolute dixerint ex mente Iustitiani & Constitutionum eius, per omnia ex aequata esse legata fideicommissis, scilicet istis particularibus, quae antiquitus fiebant per damnationem. Ita perinde hodie est dicere, lego vel fideicommitto. Et res quae legari possunt, possunt ita fideicommitteri, & ab his qui legare possunt: & quibus legari, & fideicommissum hoc relinqui. Eademque lata interpretatio voluntatis, quae fit in fideicommissis, & facienda est in legatis sine differentia, §. sed non vsque. Sic sublata differentia, & aequata, l. in testamentis, de reg. iur. P. cum l. numeris, de leg. 3. contra Alciat. in l. 1. §. si quis ita de verb. obliga. Et legata quae olim infirma & inutilia dicebantur, ad similitudinem fideicommissorum robur acceperunt, §. post mortem, & §. praeerea, de leg. 1. Ita hodie, sicuti a legatario fideicommissi poterat, legari quoque ab eodem, vt ab herede licet, §. 1. in si. iuncta gl. de sing. reb. per fideic. rel. l. 1. §. si. §. com. de leg. C. Ceterum, ¶ communio & exaequatio legatorum & fideicommissorum, est fideicommissorum singularium, non vniuersalium, a quibus legata discedunt in pluribus, i. heres cogi potest a fideicommissario vniuersali adire hereditatem & restituere, §. quia poterat, §. l. cogit, ad Trebell. P. cum similit. non autem a legatario vel fideicommissario particulari, allegat. Barto. l. si quis omnia, si quis vnus, cau. test. a. §. facit l. nam quod, §. si ad Trebel. 2. In legato vel fideicommissio particulari, dominium recta via a testatore in legatarium transit, l. a Titio, de furt. P. longe l. fin. C. de leg. vt tollas, l. Imperator, de leg. 2. In fideicommissio vniuersali, minime: quia requiritur aditio & restitutio, l. restituta, ad Trebell. 3. Valet si fideicommissum vniuersale, licet hereditas non sit soluendo, l. si heres, ab eod. P. non etiam legatum vel fideicommissum particulare, l. si vniuersale, C. de legat. l. 1. §. si quis qui quadringenta, ad Trebellian. 4. De fideicommissio vniuersali detrahitur Trebellianica, de particulari vel legato minime, vt paulo ante in Trebellianica docuimus, §. 1. Quod ¶ l. cum aius, de cond. & demonst. P. & similes, l. generaliter, §. cum autem, de instir. sub cond. fac. C. l. cum acutissimi, C. de fideicom. quae dicitur grauatum de fideicommissio restituendo, non restituere si liberos suscepit, locum tantum habent in vniuersali non in particulari, Soc. in d. l. cum aius, de cond. & dem. 17. col. nisi substitutio facta fuisset filii in re particulari tantum, & in ea fuisset grauatum, quo casu eius foboles excluderet substitutum, d. l. generaliter, §. fin. non aliter, Guil. Bened. ad ca. Raynutius, ad ver. si absque liberis, in l. num. 15. 6. In Trebellianicam fructus non imputantur propter verborum inuersum ordinem non expedit, vt ante Iustitiano annotauit Papinianus, l. cum pater, 44 §. fidei 59 ius, de leg. 2. ¶ Est ¶ & formula alia legandi pluribus vnam re, vel coniuictim, vel diuisim seu diuisum, §. si eadem res, de legat. In qua quaestione tractatur de coniunctione triplici, re, verbis, & vtroque modo facta, & de iure accrescendi, de quo suo loco, Deo fauente, postea dicemus.

60 ¶ Cum ¶ autem plures res vni cum optione vel electione legantur, & aliae formulae obseruandae, de quibus, & cuius sit electio,

legatarii heredis, vide §. si generaliter, §. optionis, de leg. l. Lucio, de legat. 2. l. plane, §. 4. §. penul. de legat. 1. Et toto tit. de optio. & elec. leg. lib. 33. P. tit. 5.

Quibus legari possit, & de effectu, actionibus, & rationibus legatorum. Cap. 33.

- 1 Legatarius debet capax esse factiois passus testamenti, tempore mortis testatoris.
- 2 Heredis capacitas tribus temporibus consideranda.
- 3 Legari quibus omnino non licet, & quibus non nisi ad certam summam, & seq.
- 5 Posthumis non licuit testamento relinquere, hodie contra.
- 6 Mulier quae, & quando ex legatis capere non potuit.
- 7 Incerta persona an legatum fieri possit.
- 8 Legari heredi non potest, nec legatarius & heres quis dici simul potest.
- 9 Legatum alicuius rei, num sit mensiendum a tempore testamenti, an a tempore mortis testatoris: vt adiuncta postea legata rei censeantur legata.
- 10 Legatorum effectus vt peti possint, & quando: & quando transmittuntur, & II.
- 12 Legata non petuntur regulariter nisi aditu hereditate.
- 13 Legata ab herede peti & praestari debent, non propria auctoritate capi.
- 14 Legatariis qua actiones pro petitione legatorum competant, & nu. 16.
- 15 Legatariis quando satisfacere teneatur heres, & quando non.
- 17 Heres non satisfaciens voluntati testatoris, quando priuabatur hereditate.
- 18 Pena nomine legatis adiecta.
- 19 Legata pluribus ex causis deficient, nec debentur, & seq.
- 21 Translatio legati quot modis fiat.
- 22 Testator quare mutare possit libere suam dispositionem.
- 23 Voluntas testatoris indaganda, & sequenda.
- 24 Legatum ad vnum usum, an in alium transferri a republicam possit.
- 25 Opera antiqua sarcinenda prius, quam noua incipienda.
- 26 Legatum quando peti nequit ex causa persona testatoris, ex persona heredis, & ex persona legatarii, & nu. 27. & 28.
- 29 Indignus quando legato efficiatur legatarius etiam post mortem testatoris.
- 30 Repudiatio legati antequam debeatur, non officit, quin cum debeatur peti possit.
- 31 Legatorum praestandorum rationes.

¶ Illis ¶ solis legari potest, quibus est testamenti factio passus, §. 1 legari de legat. Vipia in tit. 24. tit. id est, qui saltem ex testamento relicta capere possit, vel sibi vel iis quibus subiciuntur, querendo, l. filiusfamilias, 16. de testa. P. §. testamenti factio, de hered. qual. & differ. Quae capacitas exigitur in puro legato, tempore mortis testatoris, quo tempore si legatarius incapax sit, quamuis postea capax fiat, excluditur a legato, per regulam seu legem Catonianam, Pau. in l. 2. de reg. Cato. lib. 34. P. tit. 7. In conditionali enim tempus inspicimus, quo impletur conditio, si capacitas adfit, Pap. in l. 3. §. Vip. l. 4. eod. ¶ Qua ¶ in re legatarius vel fideicommissarius particularis differit ab herede extraneo, in cuius capacitate exigimus, vt capax sit tribus temporibus, testamenti, mortis testatoris, & aditionis, l. si alienum seruum, 49. §. in extraneis, de her. qual. & diff. ¶ Quibusdam ¶ omnino legari prohibentur, aliis tantum ad certam vsque quantitatem permissum. Proscriptis legari non poterat, vetante lege Cornelia, quae proscriptum iurare prohibet, vt notat Cicero 3. in Verrem, §. 2. de Finib. Martianus tamen tantum seruos poenae eximit a iure capiendi, si in metallum damnati fuerint, liquidam sunt, seruis poenae, 17. de poen. P. cum similit. ibi a gl. not. nisi si quid alimentorum causa legetur, l. si in metallum, de his qua pro non scrip. hab. P. l. legatum de cap. diminitus, l. in metallum, de sur. fisco. Quemadmodum responsum est ex aequitate canonica de adulterinis & incestuosus filiis & spuris, quibus alimentorum & elemosynae tantum gratia legari permissum, ca. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. quam prius pollue. per adulter. cum aliunde a iure ciuili ab omni facultate percipiendi quicquam a parentibus excludantur, §. vt. quibus modis natur. offic. sui, in Nouell. Authent. ex complexu, de incest. nupt. C. Non legatur etiam de portatis, l. 1. de hered. instir. colleg. is illicitis, & nisi probatis, l. collegium, 8. eodem l. quod cuiusque vniuers. nomin. P. l. cum senatus, de rebus dubiis, P.

4 *scum similit. in d. l. collegium nota.* ¶ Non ꝑ ecclesia olim donec Constantinus Cæsar peti misit, l. i. c. de sacrosan. eccle. ca. futurum, l. 2. g. 1. non Manichæis, l. Manichæos, 4. §. quos bono. de heret. C. Iudæorum collegio, l. i. de iud. C. Iudicatum & aliquando a Senatu, in causa Genutii legatarii qui se castrauerat, se castrantem indignum esse ex testamento aliquid capiendi, cõsultente Senatam Aenyllo Lepido Consule, Val. Max. lib. 7. c. 7.

5 ¶ Non ꝑ licuit testatori quoque antiquitus, posthumo alieno, qui nõ erat futurus suus, quicquam legare, §. posthumo, de leg. propter turpitudinis suspensionem, l. si quis, 9. de hered. inst. l. P. & quia cum eo non erat testamenti factio, quod nondum erat ciuis, nec homo quidem: ideo nec semper olim institui poterat, §. l. de bon. possess. apud Justinian. l. posthumus, de inoffic. testam. l. 1. §. si filius, & l. extraneus, de ven. in possess. mut. Sed hæc prohibitio abrogata est, & institutio & legatum posthumi extranei etiam probata, dist. §. posthumo. Cessantibus & improbatis rationibus prohibitionis, cum plures honestæ causæ esse possint sine turpitudine, propter quas quis possit alienum posthumo recte instituere, vt amicitia, affinitas, necessitudo parentum, & benemerita, ob quæ dantur hereditates, l. nec adiecit, pro soc. P. Et quod (vt alia ratio contraria tollatur) visum fuerit verius prudentibus antiquis, vt qui in vtero est, quantum ad suum commodum pertinet, pro nato habeatur, l. quis in vtero, de stat. hom. P.

6 ¶ Prohibitum ꝑ & olim lege Voconia, mulieri ultra quadrantem bonorum testamento relinquere, Dio, Cass. lib. 46. Gell. lib. 16. c. 5. Cic. 2. de finib. & 3. in Verrem, Quintil. lib. 9. c. 2. Fl. lib. abbrevia. Lini 41. Etat & mulier, quæ ad secundas transibat nuptias intra annum luctus. omnium hereditatum, legatorum fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, expens. l. i. de sic. nupt. C.

7 ¶ Incertæ ꝑ etiam personæ legatum fieri non potest, si omnino incertitudo non possit certa fieri, l. Paulus respondit, l. 5. de reb. dubiis, l. qui plures, l. 8. de vsu & vsufr. leg. si enim vel demonstratione sequente, seu euentu, vt lego ei qui filiam suam filio meo collocauerit, verificari possit, incerta persona non omnino dicitur, §. incertus, in l. de leg. Vt quando sententia incerta refertur ad ea, quæ illam certam facere possunt, certa est, l. 1. §. 2. de sentent. qua sine cer. quan. prof. C. Et sic valebit legata facta in ludum, vel certamen literarum, vt ei præmium detur, qui dicendo vel eruditione victricis enim victoria persona certa fit. Vt Tholosæ in Floralibus ludis Calendis Maii fieri testamento statuit quædam matrona nomine Clementia: eam ob rem ditissimis legatis relictis ciuitati, vnde præmium suppeditarent Capitolini. Legatum & illud incertæ personæ receptum, quæ certa fieri potest: hæc conditione, si quis mihi restitutionem impetrauerit. Et quod pauperibus generaliter relinquatur, l. quidam re legat. 6. de pen. P. Quia hæc incertitudo electione haberi potest, certos eligendo pauperes, secundam legum ea de re statuentium certitudinem, l. id quod pauperibus, §. l. si quis ad declinandam, de epis. & cler. Sic Iustinianus in alio exemplo, §. sub certa, de leg. l. 3. §. hoc amplius, & l. si seruis legatus, §. huius, de legat. 2. l. quidam, de re leg. domi. sub certa, inquit, demonstratione, id est, ex certis personis incerta persona recte legabatur: veluti ex cognatis meis qui nunc sunt. si quis uxorem filiam meam duxerit, ei heres meus illam rem dato. Sed & locis piis & ecclesiis, sine determinatione alicuius, quod relinquatur valet, vt determinandum arbitrio episcopi, Agid. Magister, tractat. de amon. ssmens. Card. in Clem. quia contingit, de re leg. domi. Bart. in l. legatum, de vsufr. leg. P.

8 ¶ Seruo ꝑ heredis etiam pure inutiliter legati, sub conditione autem recte constitutum, §. an seruos, de leg. quia is domino legatum acquirit, l. non minus, 31. de hered. inst. Et domino heredi legari non potuit, quia nemini a seipso recte legatur, l. & quidem, l. 8. §. l. legatum, l. 16. §. 1. de leg. 1. cum nemo sui plus debitor dici possit, l. quæsitum, 91. eod. l. debitori, 7. C. de pact. Nec simul potest quisquam esse legatarius, & heres, vide Boer. ad §. 6. 10. col. de testam. in 9. cons. Buriwig. ¶ Vide ꝑ & decisionem Capellæ Tholosanæ 190. de legato factio filiolis, quomodo intelligantur tantum illi, qui tempore testamenti erant, non postea nati. Id ipsum de legato factio rerum, quæ Tholosæ erant testatori. Et de legato factio laboragii, quod habebat in aliquo testatorum post testamentum quæ sita ibi proxima, & quæ sunt mortis tempore contineantur.

10 ¶ Effectus ꝑ legatorum probatorum est, vt relicta iure peti possint, videlicet eo modo, quo dari posse legibus placuit, tempore debito, & a quibus oportet. Tempus idoneum præstationi vel solutioni legatorum est, cum dies præstandi cecisset & venit. Pure quisque legata & in diem certum, debentur a morte testatoris: excep-

ptis quibusdam casibus, l. 2. quan. dies leg. ced. l. unica, §. cum videri, & §. in nouissimo, de cad. toll. l. a Titio, de iur. P. Conditio alia autem, vel in diem incertum relicta, cedunt existente die vel conditione, l. legatarius, 38. §. si legatum, de leg. 1. de his etiam superioribus, dicitur, cum de conuentione, canis, modo ageremus. Cedere diem dicimus, quando res promissa recipi debet: venire diem, quando dies venit, quo pecunia peti possit, l. cedere diem, 273. de verb. sign. vbi hæc explicatur in textu.

¶ Transmittuntur ꝑ autem legata per mortem legatarii in eius successores, a die qua debentur, quamvis peti non possent tunc, d. l. vn. §. cum igitur, & §. in nouissimo, de cad. toll. l. 1. §. si. C. quan. dies leg. ced. lib. 6. C. iun. 50. exceptis legatis personalibus, l. 2. §. 3. eod. P. lib. 36. tit. 1. 2. quia personalia non mutant personas, quibus conceduntur, l. quia tale, solut. matrim. Alia contra. Quia semper legata peti non possunt, etsi debeantur: veluti ante aditam hereditatem. Nam post aditam tute petuntur, transiq; dominium in legatarios, l. i. in l. si tibi seruis, de leg. 1. vbi gl. singularis, quæ explicat & conciliat iura quæ dicunt a die mortis transire legatorum dominium, cum illis, quæ dicunt a die hereditatis adire transire. Quando dominus transiit recte via in legatarium, & quando non, docet abunde Guil. Bened. in c. Raynuitus, ad ver. si absq; liberis, 2. in fideic. & legatorum tractatione, in a. 150. de testam. Quod si ante diem quo debetur, fiat caducum legatum, ad substitutum, coniunctum, vel heredem cum suo onere petueniet, d. l. vni. §. in 1. de cad. toll. ¶ Regulariter, ꝑ si hereditas non adeat, vel nisi pro adita habeatur, peti legata nequeunt, l. eam quam, C. de fideic. Aditione enim videtur heres contrahere cum defuncto, & se obligare solutioni relictorum, §. heres quoque, de oblig. quæ ex qua, cont. na. l. 3. §. fin. & l. 4. ex quibus, cum in possess. ear. lib. 42. P. tit. 3. ¶ Et ꝑ ita ab herede peti oportet, & præstari legata: quia legatum, est donatio ab herede præstanda, §. legatum, de leg. l. legatum, de leg. 2. Nec propria auctoritate capi a legatario potest, paucis exceptis, de quibus vide Bened. ad c. Raynuitus, ad ver. si absq; liberis, 2. de fideicom. nu. 145. 146. Et si de facto is acceperit, cogitur captum heredi restituere per interdictum quorum legatorum: nisi ex voluntate heredis accipiat, l. 1. quor. legat. P. Nemo enim i. ius in causa propria sibi dicere debet, l. qui iurisditioni, de iuris. d. om. iud. C. in ne quis in sua prop. cau. iudic. C. 2. Sicut rem suam amittit, qui propria auctoritate ab alio possidente repetit, l. exstat, quod met. in an. P. l. 1. C. de suffrag. l. pen. ad l. Jul. de vi pri. l. si quis in tantum, C. unde vi, c. cum qui, de prob. in 6. sic vt violentus possessor, legatum debet, l. non aubium, C. de legat. 3. Non licet accipere propria auctoritate legatum, quia alioquin posset valde prædicari heredi, circa detractionem Falcidia: minuit enim legatario potest, paucis exceptis, de quibus vide ad leg. Falc. C. l. in quantum, §. fin. eod. P. Atq; scriptura reliquit Gordianus, l. error facti, C. eo heredem restituentem integrum legatum sine detractione Falcidia: non posse postea repetere ad contributionem complendam. ¶ Satis ꝑ superq; etiam legatariis proprium est, vt legatum si petant, consequatur legitimis actionibus, vt opus non sit eos ad arma prosilire, l. agnissimum, de vsufruct. P. personalia ex testamento, hyp. thecaria, rei vindicatione, l. 1. C. com. de leg. 1. nostra autem, de leg. Quod explicat, & quando non competant, abunde Guil. Bened. in ver. si absq; liberis, 2. in fideicommissis, n. 139. 155. 154. Aditam namq; hereditate agit legatarius personalia ex testamento directa, contra heredem, d. §. nostra autem. Quod si nolit adire, & hereditatis bona a nullo possideantur, petere potest se mitri auctoritate iudicis in bonorum possessionem remedio prætoris, in l. qui, ex cau. in poss. ear. aut dari bonis curatore. Et si differat adire, & interim bona legata ab aliis possideantur, ea petere potest a possessoribus hypothecaria, d. l. com. de leg. C. Et si in fraudem legatorum nolit adire, siue id fiat dolo, vt alius, vel vt ipse succedat ab intestato, datur legatario actio vtilis, vel in factum ex edicto, l. sancimus, & ibi gloss. Cod. de sacrosanctis ecclesiis.

¶ Rursum, ꝑ si heres adepta hereditate vel bonorum possessione per prætorem, recusat solvere legata, eo quod illa sint, vel in diem, vel sub conditione, quæ nondum existiterit, legatarius & fideicommissarius & eorum successores, de dando legato impleta conditione vel die adueniente, dolumque malum futurum, perunt sibi factidari ab herede cuiuscunque qualitatit sit, vel quamcumque facultatum, l. 1. vt leg. vel fidei. nom. caus. lib. 26. P. tit. 3. excepto fisco, dist. l. 1. §. si ad fiscum, qui semper præsumitur fore soluendo, l. 1. de fini. dota. P. l. 3. §. idem sciendum, si cui plus quam per leg. Falc. P.

Remittitur & satisfatio rebus publicis, accepta tantum repositione,

missionem, si quando, & §. fin. ut leg. nom. case. P. Item si testator remiserit heredi satisfactionem, l. i. c. 12. eod. l. 2. 4. & l. penul. C. ut in possess. legat. vel heres statim docere se paratum dicat, nihil debet, l. 3. ut in possess. leg. vel fideic. ser. caus. §. 1. l. 36. P. ut. 4. vel legatum esse inutile aut nullum, l. hoc stipulatio, 14. §. diuus, ut leg. nom. ca. In puris quoque legatis satisfactione opus non est, nisi moras solutioni necet heres, l. ceteram, 12. eod. tit. P. Nam tunc summariæ & de plano legatario vel fideicommissario satisfdari iudex statuit, l. 1. ut in possess. leg. 4. §. c. C. Vt contra in legato sub conditione de non faciendo, legatarius vel fideicommissarius heredi cautionem Mutianam dant, l. Mutiane cautiones, de cond. & dem. P. sum. simil. ¶ Quod si heres cautionem recusat legatario vel fideicommissario, poterunt iterum petere a iudice se mitti in possessionem bonorum, causa rei seruanda, tanquam pignoris iudicialis non domini iure, ad cogendum ea detentione heredem ad satisfaciendum, l. 3. & l. qui legati, 5. ut in possess. leg. C. Olim Pandectarum iure, ob contumaciam satisfactionis, missio fiebat in possessionem omnium bonorum hereditarium, l. 1. & l. is cui, §. leg. eod. P. cum interdicto, Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, quominus auctoritate praetoris possideret forma de creta, l. 1. §. sed sine non vis fiat, ei qui in possess. miss. §. 1. l. 43. P. ut. 4. Et Alexander Celsar, in punitione contumaciae non satisfactantis heredis, voluit primum mitti legatarium vel fideicommissarium in possessionem bonorum hereditarium: & si adhuc post sex menses fideicommissum vel legato satisfactum non esset, missionem fieri statim in proprias res heredis, in l. cetera est, 6. C. ut in possess. leg. Quod postea Iustinianus temperauit, & pro quantitate legati vel fideicommissi in bona hereditaria fieri tantum voluit, in nouell. de exhib. reis, §. Sed & alia reddidit remedia, vt si intra annum monitus satisfacere voluntati defuncti heres non obtemperasset, priuaretur hereditate, Auth. hoc amplius, C. de fideicom. Auth. sed cum testator, ad leg. Falciid. iure pontificio, ab episcopo interdicitur hereditas cum fructibus, ca. si heres, 6. de testam. in Gallia, nec postea nunc cum hereditate, sed sententiae vel cogitur parere, vel hereditati cedere, & que sit in hac re praxis, docuit Bened. in repet. c. Raynautius, in ver. si absq. liberis, 2. in fideicom. tract. nu. 19. 4. aliique ordinariis remedijs coercetur contumacia.

¶ Neque regem illa formula antiqua legatarij, q. a. p. o. n. o. m. i. n. e. legatis aliquid addebatur, implende voluntatis testatoris causa. Quia hodie sine p. o. n. a. adiectione, satis roboris habent legata, & remedia sunt paratissima ad cogendum heredem vt impleat, §. si. de lega. l. 1. de his que p. o. n. o. m. i. n. e. Vt tamen iure pontificio & nunc receptum est, p. o. n. a. im poni posse heredibus, vt si contra determinatum legatum venient, contenti sint portionibus ab intestato eis venientibus, in c. Raynaldus, & ibi in ver. adiciens, de testam. nisi legatum & conditio turpia essent, l. reprehendenda, de inst. & subst. sub cond. fac. l. quendam de cond. inst. Quae intelligenda sunt, si modo legata sint legitima & vtilia, & ex mente testatoris relicta, non reuocata, neque extincta. ¶ Nam ¶ pluribus modis deficiunt legata facta: pauca indicio, 1. Vei quia deficiuntur fundamento, videlicet non adira hereditate, l. si sit homo, §. cum seruus, de leg. l. 1. v. C. quor. lega. l. si veritas, & l. eam quo. C. de fideic. de quo vide Nic. Beruium, q. 41. num. 2. 3. & 8. vbi excipiuntur legata pia, quae ante aditam hereditatem solui & peti possunt, §. no. in c. Iohannes, & c. cum vbi, de testa. Pan. in c. iudic. ante eod. Decis Capel. Thol. 89. Item 2. deficit legatum, quia res legata in hereditate non inuenitur, l. si sit legatum sit, 67. l. si domus, 73. l. si quis legauerit, 75. de leg. l. cum similit. vt diximus, 3. Si res interierit penitus, vel de nouo aliud in locum destructi legati subrogatum sit, nisi de contraria voluntate testatoris appareat, l. si sit legatum sit, §. fin. l. tabernam, de si. instr. P. l. qui res, §. aream, de solu. l. si bonus, §. aream, de leg. 2. 4. Si testator rem suam legatam voluntarie alienauit, §. si rem suam, & §. si quis ancillis, de leg. l. 1. Stichum, 6. de leg. l. melius, in l. rem legatam, 18. de adm. leg. a. P. ¶ Hic ¶ tamen & mens testatoris excutienda est, l. fideicommissa, 11. §. si rem suam, de legat. 3. expressa vel tacita, num. voluerit adimere legatum: vt puta, si vni totam rem legauerit, alteri vero postea partem eius, pars ex legato priori adempta videtur, l. eum quatio, 23. C. de lega. Item si quae filij legauit pater, viuis in dorem postea dedit, non debetur legatum, l. lita legatorum, 11. C. eo. Vel si quod legauerat, alteri separatim leget, si appareat euidens illi ademptionem factam: alioquin in viriles admittuntur ad eandem partem legatarii, l. si pluribus, 33. de leg. 1.

¶ In fademptione expressa & declarata per testatorem, dubium non est legatum non posse peti, l. 3. §. si fundus parca, & §. cum Titio, & §. fin. de adm. leg. lib. 34. P. ut. 4. Idem in translatione, nam-

sicuti adimi per testatorem legatum potest, sic & transferri, l. 1. c. ni adimi, l. 5. eod. §. 1. de adm. leg. Transferri autem quatuor modis legatum Paulus docet, in l. ranslatio, 6. cum 3. §. de adm. P. aut enim a persona legatarii, in personam aliam transfertur, quantum secunda sit incapax legati, l. & si transferam, 20. eod. l. plane, de leg. 1. aut ab eo qui dare iustus est, transfertur, vt alius det: aut cum res alia pro re datur, vt pro fundo decem aurei, aut quod pure datum est, transfertur sub conditione. Quod tamen legatur alii sub conditione, quod alii pure legatum erat, non plane facit translationem a primo, sed ita demum, si conditio exstiterit, l. quod si, de adi. legat.

¶ Neque ¶ quicquam prohibet priorem scripturam a posteriore corrigi, commutari, rescindi, l. nihil prohibet, eod. cum non obligetur sua dispositione legatarij testator, nec cogi possit stare voluntati primae, data facultate ei mutandi & tollendi, quae sibi placuerit antea, l. cum hic status, §. aut oratio, de don. int. vir. & vxor. l. 4. de adm. leg. a. P. etiam si ipse sibi legem posuerit, ne reuocetur quod disposuerit, l. diui, §. licet, de iure codic. l. si quis, in princ. 22. de leg. 3. Semper enim mutabile permanet ex arbitrio domini testamentum & translatio, vique ad mortem, qua firmatur ambulatoria voluntas, c. cum Martha, de celeb. miss. Et ¶ proinde in omnibus legatorum ademptionibus, siue expressis siue tacitis, in quibus plures nascuntur quaestiones, semper sequenda est voluntas testatoris, & per aperta, & per coniecturas: vt exempla praestant in l. si fuerit, de rebus dub. P. l. Titia retores, de legat. l. 3. §. si quis duobus, de adim. lega. P. Et in dubio, vna adempta vel excepta re incerta ex pluribus, illud sequendum est, quod melius est, vt heres minimum grauetur, l. si sit scriptum, & l. apud Iulianum, §. Scio, de legat. 1. Et ita in tacita ademptione ad praesumptionem voluntatis ex eo, quod sit a testatore, concluditur, in l. legatum, 24. §. fina. & l. seq. de adim. leg. P. ¶ Translatio ¶ legatorum & fideicommissorum a testatore tantum fit, non ab herede, vel alio. Et proinde vnum pro alio dari non potest legatario inuito, nec alio modo per heredem, quam a testatore statutum sit. Neque legatum ad opus Reipub. certum, in aliud opus a Reipub. administratoribus transferri vel commutari potest, l. 1. & l. legatum, 3. de adm. rer. ad ciui. per. lib. 50. P. titu. 3. l. 1. de spectac. lib. 11. C. Et ita iudicatum est, in legato factum in nouum opus Theatri, a quodam, in opus Reipubl. Trebianorum, quod Trebiani postulabant a Tyberio Cesare, vt ad vix munitionem transferatur: quod negavit fieri posse Senatus & Caesar, Sueton. in Tyberio, ca. 31. Notabis tamen exceptiones istius esse axiomatis, si auctoritate principis fiat commutatio, si pecunia relicta ad opus illud non sufficiat: si opus in quo legatum destinatum est, non admittatur a Reipubl. vt si pecunia relinquatur, vt ex reditu eius spectacula vel venatio fiant. Et tunc in opus aliquod aliud vtile & necessarium, commutatio legati fieri potest: conseruata semper memoria liberalitatis defuncti, inscriptio ne operi eius nomine facta, d. l. legatum, l. legatum ciuitati, 16. de vsu & v. susi. leg. P. Scruola tamen admet, l. quidam Reipubl. 17. cod. & l. libero, 21. §. Lucius, de annu. leg. vt si Reipubl. legata praedia sunt, vt de eorum reditu quotannis ludi edantur, cum adiectione, Quae legata peto decuriones, & rogo ne in aliam speciem, aut in alius vsus conuertere velitis. Si ludi sunt permitti, vt Tholose florales, & cetera Reipub. in illis edendis, fructus Praediorum temporis intermissi, ad heredes pertinere testatoris, nec a Republica in aliam conuerteri posse opera. Sicque forma pollicitationi ludorum licitorum edendorum constituta, seruanda est, l. Septimia, 10. de pollic. P. Quae tamen vera possunt esse, quando prohibita est a testate retranslatio: alioquin minime. Ceterum arbitrasset, & exitate prohibitione: has eadem expensas certarum & ludorum, vrgente opere publico, quod necessitatem habet accelerationis, vt si muri rescindi sint, sine metu restitutionis posse conuertere per aliquot annos in opus illud, quo peracta restituantur certamina. Et haec Diocletiani Caesaris sancta, & ita intelligenda videtur constitutio, in l. de expens. ludo. lib. 11. C. ¶ Idipsum ¶ obseruandum ¶ censio in alijs legatis in opus nouum publicum factis, vt prius ex his antiqua vtilia opera publica fiant, quam noua incipiantur, l. fina. de oper. publ. non obstantibus quibuscunque conditionibus, vel pactis traditioni legati impostis. Quae ita demum rata sunt, si vtilitatis publicae interest, vt si damnosa sint obferuati non debeant, vt ait Papyrius, l. Imperatores 13. de polliciat. P. cum vilitas publica praeferenda sit priuata, l. vilitas de primip. l. 12. C. l. actione, §. Lab. pro soc. P. l. vn. §. si de cad. sol. C. ¶ Subinde ¶ peti non potest legatum, consideratis personis legatis, heredis & legatarii. Legatis,

si non potuit testari, si perperam testatus est, & voluntas improbecur, vt ex superioribus colligi potest. Et quidam referunt ad personam testatoris, factum, si aduenit, si transtulit a legatario, si legatum vendidit, &c. ¶ Ex parte heredis non debentur, si non adit, in l. si nemo, de regul. iur. & paulo ante diximus, si is qui prestatere debebat, ante testatorem decessit, l. Celsus pater, 29. de leg. 2. l. Titia vsus. 9. de cond. & demon. P. si tacitam fidem contra leges accommodauerit, l. heres quis, 11. de iis quib. vt indig. P. & sic de similibus.

2. 8. ¶ Ex parte legatarii, non debentur: veluti, si is ante diem vel conditionem legati existitatem decesserit, quod supra explicauimus: vel si viuo testatore moriatur, l. si Augustus, 59. de leg. 2. l. vn. §. ea et enim, de cad. toll. C. l. fin. §. de iis quib. vt indig. P. vel non impleuerit mandatum testatoris cum precepto factum, vt nisi faceret, legatum amitteret, l. fin. in fin. C. de fideic. l. vni. §. fin. de iis que p. an. nom. C. si capitales legatario cum testatore inimicitie intercesserint, nec reconciliatio secuta fuerit, ad eum quoque conferretur legatum, & exceptione petens legatarius reicitur, l. 3. §. fi. & l. 4. de adim. legat. P. l. si inimicitia, 9. de iis quib. vt indig. P. Quod in legatis singulare, & in fideicommissis particularibus cum inimicitie capitales cum herede testamentum non videntur, sicut legatum, l. ex parte, 2. de adim. legat. In ea causa est, qui accusat testatorem de crimine capitali, vt ei videatur capitaliter inimicus & legato priuatus censeatur, l. pen. §. Seta testamento, de adim. leg. P. sed & si palam & aperte testatori maledixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit, idem erit dicendum. Si quoque ei controuersiam status mouerit, denegatur eius quod testamento acceperit perfectio, ex qua specie ita timore defertur, vt respondit Vlpianus l. si inimicitie, 9. de iis qui. vt indig. P. vel illicita mercis negotiatorem

2. 9. testatorem derulerit post eius mortem, l. i. eod. ¶ Ex parte capite enim indignitatis priuatur beneficio accepto. Sicut & is hereditate, qui cum vxore defuncti concubuit ab eo institutus, gl. fin. in d. l. i. eo. & gl. in l. sororem, ad ver. indignam, C. eo. Hic locus est ab ingratitudine, de qua alibi commodius. Priuatur & legato, qui testamentum celauit, postea hoc in lucem emerferit, l. si legatarius, 2. 5. C. de lega. Item qui principale testamentum de falso accusauit, nec obtinuit, priuatur ab omni eius commodo, l. post legatum, §. si pater, & §. qui principale, de iis quibus vt indig. P. Vt & index, qui de falso male pronuntiauit, d. l. post legatum, §. quidam, & praesidem.

3. 0. ¶ Item si repudiauit vt oportet legatum, l. legatum seruo, 7. l. legatarius, 28. §. si legatum, l. seruum sibi, 46. §. si quis rem, de leg. 1. l. Titia, 3. §. Lucia, l. si mihi & Titio, 57. l. si mihi pure, 61. de legat. 2. l. ex repudiatione, 26. C. de fideicom. cum similit. videlicet postquam cepit deberi: alioquin repudiatio antea facta non officit, quin qui praecociter repudiavit, possit petere, iuxta l. si ita scriptum, 46. §. si sub conditione, de leg. 2. Sed & qui sibi legatum scripsit, illud non potest, veritate lege Cornelia de falsis, consequi, l. i. §. si de iis que pro non script. hab. P. Omitto casus alios his affines, qui si non occurrant, aut si per dicti non impediunt petitionem legati, illud effectum fortietur, secundum mentem decedentium. ¶ Et rationes, quae fauent implemento voluntatis vltimae, fauent legatis, quia & legatum dicitur liberalitas ex testamento procedens, l. penult. si cui plusquam, per leg. Falc. P. §. legatum, de lega. Et per legata fit distributio & renuntiatio beneficiorum secundum gradus: vt iis qui plus de nobis bene meruerunt, plus relinquatur, aliis minus. Et quem admodum ob benemerita hereditates extraneis solent deferri, l. nec adicit, pro soc. sic & pro modulo affectionis, sanguinis, & propinquitatis, legata ab iisdem solent relinqui, l. Titius, 2. 5. vbi Ias nu. 9. de lib. & postb. & in l. cetera, §. si quis, nu. 9. & l. si domus, §. si fundus, num. 22. & l. qui sibi habet, num. 26. de leg. 1. Iustum quoque est, heredem qui fidem ad eundem dedit de implenda voluntate testatoris, & ex quasi contractu cum defuncto aditione initio habetur, §. heres quoque, de oblig. qua ex qua. cont. l. apud Iulianum, §. fin. & l. seq. ex quibus cau. in poss. oar. ad soluendam cogi §. i. de oblig. §. i. de act. l. obligationum substantia, de actio. P. l. i. §. si conueniat, de poss. cum similit. Sed haec sufficiant de legatis praestandis integris. Videamus nunc de exceptione, per quam legata tantum diminuta praestantur de lege Falcidia.

De lege Falcidia, seu de diminutione legatorum. Cap. 34.

Lib. 1. Institut. tit. 22. lib. 3. P. tit. 2. lib. 6. C. tit. 49. Nouel. 1.

- 1 Hereditatis in vncias diuisio.
- 2 Testatorum legandi vni vellent lege duodecim tabularum datum

- potestas, restricta legibus, Voconia, Furia, Falcidia.
- 3 Falcidia lex de minuenda legandi potestate, quando, & a quo h. m. & quid sit, ex quibus accipitur, & contra quos, numero 4. 7. & 8.
- 5 Legitima aliquando dicta Falcidia, & eum cum Falcidia differentia.
- 6 Trebellianica & Falcidia quarta conuenientia, & differentia.
- 9 Falcidia quando, & ex quibus non detrahitur, & num. prohiberi possit a testatore, num. 10.
- 11 Legitima non minuitur illis legatis, quibus minuitur Falcidia.
- 12 Falcidiam qua non pauuntur, num. fin. oneri heredi aut legatarii.
- 13 Inventarium non faciens heres, num. amittit, Falcidiam.
- 14 Falcidia ab herede, non per legatarium, detrahitur.
- 15 Falcidia quomodo detrahenda.
- 16 In Falcidiam quando sibi debitum a testatore heres imputat.
- 17 Funeris impensa qua deducatur in computatione Falcidia.
- 18 Eris alieni loco qua in ratione Falcidia habentur.
- 19 In Falcidiam qua imputat sibi heres.
- 20 Falcidia computande & inuenda forma & praxis.
- 21 Fructus hereditatis qui veniant, in computationem Falcidia.
- 22 Heredes retentiones imputant in Falcidiam.
- 23 Falcidia quando detrahenda, & ex quibus rebus.
- 24 Estimatio est facienda ex rei veritate, non conuentione paruum.
- 25 Estimatio annuae pensionis & alimentorum quomodo sist. a iure.
- 26 Falcidia quando detrahitur ab herede, eius finis, effectus, & rationes, nu. 27. 28. & 29.

Hereditas cuiuscunque valoris fit, totum vnum veluti corpus, quod alii ne mine continetur, l. asse tota, 77. de hered. inst. P. l. societatem, pro soc. Varro 4. de ling. Lat. in duodecim vt plerumque diuiditur partes, quas vncias dicimus. Singulae autem vnciae habent propria nomina ab vncia vsque ad assem, §. hereditas plerumque, de hered. inst. apud Iustinianum, l. seruum meum, 50. §. fin. eod. P. vncia, minima pars: sextans, duae vnciae, seu duae partes totius: quadrans, tres vnciae, quae faciunt quartam partem totius: triens, quatuor vnciae, quia ter quatuor faciunt duodecim: quincunx, quinque vnciae: semis, id est semias, sex vnciae: septunx, septem vnciae: bes, octo vnciae: dodrans, nouem vnciae: denarius, vndecim: as, 12. Varro in 4. vnciam ab vno dixit. At Iulius Pollux, lib. 2. vocabulum Scilium dicitur, ἰσχυρὸν δὴ αὐτῶν ἄλλων ἔρα. Potest tamen ex arbitrio totam diuidere hereditatem in plures vncias seu partes testator, & ex vno asse facere dupondium, id est, 24. partes, & plures aut pauciores: & tot vnciae assem faciunt, quot testator voluerit, d. §. hereditas, l. interdum, 13. l. Sabimus, 18. eod. P. §. videamus, eod. apud Iustin. l. coheredi, 41. de vulg. Pau. lib. 3. Sentent. tit. 4. ¶ Has partes olim ex permissione 12. tabul. testator ex voluntate legabat, propter verba illius, vti quisq. legasset, siue rei ita ius esset. Et licebat totum patrimonium, vel pene totum legatis exhaurire, l. verbis 12. tab. de verb. signif. §. i. de lege Falcid. apud Theoph. & Iustinian. Postea autem placuit hanc legandi licentiam coarctare. Et lata quidem post haec lex Furia, qua cauebatur, ne cui ultra mille aureos legare liceret: & si plus legaretur, quadruplum eius quod plus quis accepisset, redderetur, Theoph. in d. §. i. Vlp. in tit. 1. & 18. Sed quia haec non prospiciebat heredibus, alia lata est Voconia, qua cautum, inquit Theophilus, ne legatarius plus haberet quam heres. Erat illius legis hoc caput & aliud, ne quis census, id est, in censum relatus, virginem neve mulierem supra quadrantem bonorum suorum heredem institueret: Q. Voconia Tribonoplebis, anno 583. ab vrbe condita, lata. De hac lege meminisse Dio Cass. lib. 56. Gell. lib. 17. Linius lib. 41. Cic. 3. Verina.

Huic tamen, cum ei facile fraus fieret, alia addita est Falcidia, quae totum defuncti patrimonium in duodecim vncias diuisit, & vetuit, ne cui ultra dodrantem, id est, nonem vncias totorum bonorum legare liceret, siue sit vnus heres institutus, siue plures. Vt quadrans, id est, quarta pars bonorum seu tres vnciae, apud heredem heredesque manerent, l. i. ad legem Falcid. P. §. i. eod. apud Iustinianum. Scribit Dio Cassius cautum fuisse, vt heres quartam partem bonorum sibi relictorum, si oneratus sit legatis, accipiat, Dio Cassius lib. 48. historiar. Lata haec lex a P. Falcidio Tribonoplebis tempore Augusti adhuc Triumui, Appian. Dio in Augusto, ca. quadam 2. distinet. Et hac lege factum est, vt tantum ex legato solum debeatur, quantum deducto quadrante superest,

4 superest, vt ait l. quoties, 67. ad leg. Falc. in P. ¶ Et si nihil superest, existunt natur. l. Plautius, 49. §. si. cod. tit. Falcidia est quarta pars bonorum defuncti, quæ deducitur & completur ex legatis, quibus onerata est supra dodrantem hereditas.

5 ¶ Quæ definitio ex his quæ dicenda sunt, apparebit. Falcidia nomen interdum comprehendit legitimam quartam, quæ debetur filiis, & ita valde improprie, vt in amb. vnde si parens, C. de inoff. test. l. 1. Et ibi gl. Interdum & Trebellianica, vt in l. Titia, ad leg. Falc. P. l. si vt allegas, C. eod. tit. cum similib. quia Falcidia prorogata fuit ad fideicommissa, ex quibus quarta exemplo Falcidia, longe post tempora introductionis eiusdē Falcidia, retineretur, l. 5. sed quia heredes, de fideicommiss. hered. Interdum proprie, pro quarta quæ ex legatis deducitur, de qua hic actum sumus. Conuenit cum vtrique ratione alicuius similitudinis, sed diuersa prorsus ab ipsis in pluribus: vixque confertur cum legitima, Fernan. ad l. in quartam, in 2. artic. 2. capitis, num. 4. docet 12. circumstantiis differre legitimam ab aliis duobus quartis. in alio, quam in quantitate: & in ea quoque interdum dissidet, cum secundum numerum liberorum variet, nec quarta sit perpetua, vt in nouissima, de inoff. test. ¶ At cum Trebellianica conuenit in pluribus, quod vtraque sit quarta bonorum hereditatis, l. 1. ad Treb. P. §. sed quia stipulationes, de fideicommiss. hered. l. 1. §. secundo capite, & l. in quartam, ad leg. Falcid. P. vtrique finis similis, ne sine herede decedat testator, d. §. sed quia heredes, & §. 1. ad legem Falc. Vtraque per heredem heredis detrahitur, non detrahitur ab herede, l. quauquam, ad leg. Falc. C. Et cōtra voluntatem testatoris olim, l. Titia, & l. quod bonis, eod. P. non hodie, autem sed cum testator, eod. C. vt latius dicemus Deo volente postea. Dissertunt tamen in pluribus. Quia diuersi sunt nominis, l. si idem, C. de codic. Falcidia, ex legatis, l. 1. ad leg. Falc. P. vide Iason. ad rubr. ad Senatus. Trebell. P. num. 6. 12. Trebellianica, ex fideicommissis vniuersalibus capiatur, §. sed quia stipulationes, de fideicommiss. hered. Et in aliis pluribus, quæ constare possunt ex collatione vtriusque, & ex his quæ de v. traque seorsum tractantur.

7 ¶ Accipitur Falcidia de legatis & fideicommissis particulatibus tantum, pro modo seu rata eorum, §. sed quia heredes, eod. §. & cum questum, de lege Falc. l. 2. C. ad legem Falcidiam, l. si quis testamento, 8. 2. de leg. 1. ex usufructu legato, l. si usufructus ab initio, §. de usufructu lib. 7. Part. 1. l. 1. §. non solum, & §. si usufructus, l. 1. §. si usufructus, 80. ad l. Falc. ex iuribus & nominibus, l. 1. §. non solum, eod. ex legato vultit creditori, & ratione commodi, d. l. 1. §. si quis creditore, l. 2. item quiritur, de dote per leg. ex eo quod emi vendidit iustum est, l. in ratione 30. §. vendere, ad leg. Falc. ex in diuidui estimatione, l. lege Falcidia, 7. eod. P. l. in imponenda, §. 1. eod. C. ex pretio statuarum, l. lineam margaritarum, 2. 6. in princ. eod. P. ex linea margaritarum, d. l. lineam §. si ex relictis ad alimenta, l. diui Verus, 88. l. hereditatem, eod. P. Et vt in summa dicam omnia legata quamuis pro operibus publicis conficiendis, statuisque pensionis data sint, ad contributionem dodrantis, pro rata suæ cuiusque quantitatatis reuocantur, l. in imponenda, 6. §. 1. eod. C.

8 ¶ Et aduersus omnes datur pro modo legatorum, l. 2. C. eod. & in legatis principi factis, l. 1. §. in legatis, C. eod. Ad municipium quoque legata, vel etiam ad ea, quæ Deo olim relinquebantur, lex Falcidia pertinebat, l. 1. §. ad municipium, eod. P. & ad prælegata coheredum, l. a coheredibus, 17. eod. C. l. Nezenius, eod. P. ad mortis causa donationem, l. si mortis causa, 5. eod. C. l. 2. de donat. causis mort. & mortis causa capionem, l. pen. C. ad leg. Falc. l. cum pater, §. 1. alienus, & l. si heres cui, eod. P. Vide tamen Bar. hoc disp. in l. 1. §. item sita, num. 1. & 3. ad leg. Falc. P. & l. qui pretio num. 3. de a. nat. causis mort. ad ea quæ morte confirmantur, vt & detrahitur ex donationibus inter virum & uxorem, si morte confirmantur, l. in donationibus, 11. eod. l. ex verbis, & l. donationes, 1. de donat. int. vir. & uxor. C. contra. si statim ubi factæ sunt, valeant, l. si usufructus, §. 1. ad leg. Falcid. P. Quæ autem sint ille donationes quæ statim coniugis factæ valeant, docet l. si idem, in i. tu gl. de donat. int. vir. & uxor. C. Item & ab iis, quæ ab ineffectu restitui debent, l. filiusfamilias, 18. ad leg. Falc. P. C. Raynaldus, & C. Raynaldus, de test. ex pensionibus annuis, quando dies soluendi legatum venit, non ante, l. lex Falcidia, 47. ad leg. Falcid. P. Interim autem venite pensionario, quantum æstimari poterit res onerata pensione, pro ineunda ratione, docebit l. cum Titio, 55. ad leg. Falc. P.

9 ¶ Sunt tamen casus, in quibus non detrahitur Falcidia: vt iure Codicis cessat in testamento militis militantis, l. in testamento 7. C. eod. l. in testamento, de mil. testam. C. vide Iaso. in l. captatorius, num. 1. eod. tit. non etiam si non sit militans, iuxta quæ veteranus, l. si post, & l. ad veterani, ad leg. Falc. P. Laborant Interpretes in ra-

tionem istius decisionis notanda, refert Fernand. in 1. præfat. l. in quartam, num. 9. eod. tit. vide Bar. in §. fin. num. 4. de hered. & Falc. in amb.

¶ Sed ego inutilem recusum laborem aliorum recensere. De hoc hinc non detrahitur Falcidia iure nouissimo, si prohibuerit testator, d. amb. sed cum testator, C. ad leg. Falc. §. hinc nobis, & §. si vero expressim, de hered. & Falc. in amb. quamuis fuerit diuersum iure Pandectarum, l. quod de bonis, 1. §. frater, ad leg. Falc. P. aut Codic. Iustiniani, l. pen. C. eod. Item si res alienum totam euacuet hereditatem, quemadmodum legata cessant, l. si vniuersæ, C. de leg. 1. ita & Falcidia, l. successores, 16. C. ad leg. Falc. l. in ratione, 1. §. quod vulgo, eod. P. & Trebellianica, d. l. successores, & l. 1. §. si is qui, ad Trebel. Neque etiam accipietur de prædiis dotalibus, vel de instrumentis seu chartis, seu instrumentis prædiorum dotalium, l. si prædiorum, 15. C. ad leg. Falc.

¶ De prohibitis alienari, §. si quando, vt spon. salu. largi. & C. in amb. amb. sed & in ea, C. ad leg. Falc. de legatis ad pias causas, §. si autem heres, de eccles. tit. in nouell. amb. similiter, C. ad leg. Falc. l. si quis ad declinandam, de episc. & cler. C. vide glo. & Bart. ad l. penales, §. l. Titio, ad leg. Falc. numero detrahitur de legatis inter quas numeratur relictum ad pontem construendum, vel ad ecclesiam ædificandam, gl. in d. amb. similiter, Bart. ad l. sancimus, 2. num. 1. de sacros. eccles. C. quamuis hæc detractiones non minuunt quartam iure nature debitam, id est legitimam, gl. in d. amb. similiter, per l. quoniam in prioribus, C. de inoff. test.

¶ Et notabile hic est, non ideo onerari alia legata, vt patiantur detractionem eius quod detraheretur a legatis, quæ non patiuntur Falcidiam: sed periculo esse heredis non detractionem, gl. in d. amb. similiter, arg. d. l. si seruo, l. non est dubium, & l. seq. ad l. Falc. P. Consensit Bart. in l. ex ass. num. 1. eo. per l. si post militem, eod. Contrarium tamen in aliis est, vt si testator prohibeat in vno legato Falcidiam, legatarii, non heres oneretur, vt ait Bart. ad l. qui quadringenta, per illam legem mil. ad leg. Falc. P.

¶ Heres quoque qui non fecerit inuentarium rerum hereditarium, & adierit, tenetur ad solidā debitā, & legata integra, etiam supra vires hereditatis, nec vitur beneficio legis Falcidie, l. fin. §. si vero, & §. si autem, de in. delib. C. §. si vero non fecerit, de hered. & Falc. in nouell. amb. sed cum testator, §. quo non obseruato, ad leg. Falc. C. Raynaldus, 18. in fin. de testamen. Sunt & alii plures casus, in quibus cessat Falcidia, quos inuenies enumeratos facile per gl. in l. testamento, C. ad leg. Falc. per gl. in §. hic nobis, de hered. & Falc. gl. in §. si de lege Fal. apud Iustitia. gl. ad c. Raynaldus, ad verba, beneficio, contra voluntatem, de testamentis & in gl. fin. c. fi. eo. tit. Concluduntur casus, istis verbis, a prædictis glossis legibus & iuribus probati, quos memorie causa facillioris transcribam.

Falcidiam cessare facit pars debita natis,  
Dus, miles, vetitum, libertas sponte solum.  
Res vetite vendi, pietas, & chartula, crimen,  
Ac heres si non facit inuentaria subsit.

¶ Extra casus ergo vetitos, dicemus, ab hereditibus oneratis legatis, vel per legata vel fideicommissa exhausta hereditate, capi quartam hanc Falcidiam. Nunquam autem a legatario, etsi fideicommissio grauetur, l. in singulis, 76. & l. lex Falcidia, 47. §. nunquam, ad leg. Fal. P. Nisi heres partem, quam ex legato eius accipere debebat, illi cedat: quam ex persona heredis, non legatarii iure, capiet, l. penales, §. fin. eod. vide Bart. in §. 1. de hered. & Falc. in amb. nu. 3. & in l. 1. num. 2. com. de leg. C. Detrahitur etiam Falcidiam heres heredis, qui deceffit ante solutionem legatorum, l. quauquam pater tuus, l. 10. ad leg. Fal. C. Et fideus qui succedit in locum heredis, a quo tanquam ab indigno hereditatem abstulit, l. in specie, 3. C. eo. l. 3. §. fin. ad Se. Treb.

¶ Detractio porro facienda est, secundum iuris ciuilibus præscriptas regulas, computatione & ratione inita. Iustinianus modum deducendæ & retinendæ quartæ sic tradidit, §. cum autem, de lege Falc. facit l. 1. §. hac verba, si cuiuspiam quam per leg. Falc. & C. P. Cui autem ratio legis Falcidia ponitur, ante deducitur et alienum, itemp favoris impensa & pretium seruorum manusissorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, vt ex eo quarta pars apud heredem remaneat: tres vero partes inter legatarios distribuuntur, pro rata scilicet portione quod cuique eorum legatum fuerit. Subiungit postea exempla, fit primum deductio non computandorum, postea impartatio, dehinc computatio. ¶ Cum res alieno deducendo intelligimus etiam id quod debetur ipsi heredi a defuncto, mortis tempore, l. in imponenda, 16. ad l. Fal. l. fin. §. in computatione, verbi si



vero, de iure delib. C. l. pater filium, § 4. ad leg. Falc. P. quum non dicantur eius bona, præterquam deducto ære alieno, l. subsignatum, § bona, de verb. sig. Nisi testator statuerit, vt in quartam Falcidiam heres sibi debitum imputaret, l. si debitor, ad leg. Falc. P. l. Lucius, § maritus, ad Trebell. Quod intelligendū putant iure veteri, quando ex fructibus fideicommissi quartam sibi compensare possent, non aliter. Quare hic considera quæ dicuntur in gl. l. fin. §. in computatione, vers. si vero, ad verbum confundantur, de iure delib. in questione, num huic quartæ, quæ debetur iure institutionis, imponi possit onus, vide l. cum pater, 79. §. Titio, de leg. 2. Quam non prosequor, cum monuerim hoc iure, quo vitimur, & in totū & pro parte Falcidiam tolli posse: & heres possit explorare apud se ante aditionem, num sine suo incommodo adire possit, aut velit repudiare hereditatem, & ita iuri suo renuntiare, sui gratia partim inducā Falcidia, l. potest heres, 71. ad leg. Fal. P. Et cum permiffa sit prohibitio testatori, quod in eius fauorem quoque inducā eadem quarta sit, ne sine herede decedat, §. 1. de lege Falc. & possit suo fauori renuntiare, l. si quis in conscribendo, §. de episc. & cleric. & C. de pall. Ergo si prohibitio non sit, ante detrahendum quod extra bonorum quantitatem est: deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet, l. in quantitate, 73. §. fin. ad leg. Falcid. P.

¶ Funeris ea ratione impensa, & necessaria in sepulturam, tanquam æs alienum deducitur, non autem in monumentum constitrendum legatum, supra hanc impensam, sed Falcidiam & hoc legatum patitur, l. 1. §. de impensa, §. l. 2. eo. Considera tamen l. militis, §. C. de relig. & sum. sume. ¶ Artis alieni loco etiam habentur, & proinde deducuntur ante imputationem Falcidiam, serui manumissi, & pretia alienorum seruorum, qui iussi sunt manumitti, & statuliberi: quia isti omnes extra familiam & bona defuncti, & hereditatis esse videntur, l. sed si non seruus, 36. §. si. l. eius serui, 37. l. statuliber, l. aris alieni, 39. ad leg. Falc. P. Item quicquid explicandarum venditionum causa expenditur, in l. quantitate parvimonii, 72. eod. Res etiam legata, quæ perierit ante rationem initam legis Falcidiam sine dolo vel cura heredis vel legatarii, l. §. fin. §. h. 2. §. 3. si cui plus quam per leg. Fal. in P. l. Paulus, 34. ad leg. Falc. P. Nec veniunt in computationem legata inutilia, quæ non valent, l. in ratione, 30. §. si. eo. ¶ Quæ non imputantur heredi & præcipua apud eum remanent, ea quoque deduci per est, d. l. in quantitate, 73. §. si. eod. Itaque imputat tantum quæ hereditario iure heres habet a testatore, non quod legatorum nomine fideicommissorumve, id est prælegatorum a coherede accepit, l. quod autem, 74. l. in quarta, 90. & l. Nennius, ad leg. Falcid. P. l. deducta, §. nummis, ad Trebell. P. nisi ideo legatum ei datum est, vt integra legata vel fideicommissa præstet, d. l. quod autem. Non imputat quoque quod implendæ conditionis causa, vel a coherede, vel a legatario, vel ab statulibero capit: quia mortis causa capit, non hereditario iure, d. l. quod autem, 75. eo. Quamuis in quartam iure nature debitam, hæc & alia, quæ a patre percepta sunt, vel ab alio qui legitimam debet, imputentur, l. Papinianus, §. si conditioni de inoff. testa. Imputatur tamen prælegatum, respectu eius legatarii qui coheredi dar, non aliorum, l. filio 93. ad leg. Falc. Non enim imputabit etiam heres in quartam fructus ex re sibi legata perceptos, l. Paulus respondit, 24. in eod. Bartolus de imputatione faciendā in quadrante Falcidiam distinguit, Bart. ad l. in quarta, nu. 3. ad leg. Falc. Aut heres capit ex bonis defuncti extra causam testamenti: aut ex ipso testamento. In primo casu rursus, aut propter hoc nominatim datum & expresse, vt sibi imputet in Falcidiam, & imputatur, l. cum quo, eod. aut accepit propter aliam causam, & tunc non imputatur, l. pater filium, in princ. eod. In secundo casu, dum ex testamento capit distinguit: an iure hereditario capiat, aut iure legati, aut prælegati, aut causa conditionis implendæ, aut vi modi, aut ex causa pretii exiussa testatoris. Et in primo casu, imputatur acceptum in Falcidiam, d. l. in quartam, & l. quod autem. In secundo, aut legatur sibi a legatario, & nihil sibi imputat: quia non habet ratione sui iure hereditario, l. si a me, eo. sed ratione eius qui dat, l. Nennius, eod. Si vero legatur a coherede, tunc aut queris quoad ipsam heredem, & totum imputatur, d. l. Nennius, & l. si filio, eod. aut quoad alios, & tunc aut legata sunt pecunia vel corpus non hereditarium, & nihil eius imputatur, quia nihil iure hereditario capit. Aut fuit prælegata pecunia hereditaria, & tunc aut ipse iustus est sibi retinere vel detrahere, & totum computant, l. cum pater in princ. & d. §. nummis, de leg. 2. aut coheres fuit sibi iustus dare pecuniam hereditariam, & tunc sibi pro hereditaria parte imputat, d. l. id autem, & l. in quartam, ad leg. Fal. Si vero corpus hereditarium, tunc aut detrahatur Fal-

cidiam ex voluntate defuncti, & imputatur in quartam portionis hereditaria: aut contra vel præter voluntatem, & tunc computatur tota hereditaria portio, l. Titia, & d. l. Nennius, eod. In tertio casu, quod capitur eod. bonis implendæ, si legatarius possiderit, quod ab herede conuenitur, imputatur in quartam, quod pertinet ad dantem, non quoad alios, d. l. Nennius. Si vero ipse heres possidet & conuenitur, distingue, an fuit datum ab statulibero, & tunc dic vt in l. id autem, ad leg. Falcid. P. aut ab extraneo, & tunc nullomodo imputatur in Falcidiam, nec quoad dantem, nec quoad alios, d. l. id autem & l. si fundus legatus, eod. l. pen. C. eod. In quarto casu, quod capitur in vim modi, imputatur in quartam, l. in ratione, §. tam est, eod. P. vt & id, quod quinto loco capitur loco pretii, l. si fundus, & l. si dignus, & l. ad veterani, §. 1. eod. P. Fernandus decem conclusiones ponit, per quas discerni posse docet, quid imputetur, vel non imputetur in quartam Falcidiam, quæ apud illum vide, in 3. capite principali, repetitio. l. in quartam, ad leg. Falc. P. in primo articulo. ¶ Quæ sufficiat indicasse, vt procedamus ad formam deducendi, imputandi, & computandi in detrahenda quarta. Forma itaque erit, primum, vt eligatur arbiter, & coram illo legatarii & fideicommissarii, & quorum interest vocentur. Verba Vlpiani, l. r. cum dicitur, si cui plus quam per leg. Falc. l. c. lib. 35. P. tit. 3. hæc sunt, Cum dicitur legem Falcidiam locum habere, arbiter dari solet ad inuendam quantitatem bonorum, tamen si vnus aliquod modicum fideicommissum persequatur, quæ computatio preiudicare non debet ceteris, qui ad arbitrium missi non sunt. Soleat tamen ab herede etiam ceteris denuntiari fideicommissariis, vt veniant ad arbitrum, ibique causam suam agant, plerumque etiam credituribus vt de ære alieno probent. Ad arbitrum recurretur, quando petunt solidum legatum legatarii vel fideicommissarii, & obicit heres esse locum Falcidiam: nam ad exceptionem illam elidendam, oportet arbitrum eligi. Et si noluerit expectare quæ petit eius sententiam, interim pendente iudicio debent satisficere & cauere per stipulationem, se restituros quanto amplius, quam per legem licuerit, acceperint: vt rescriptis Antoninus Cæsar, l. r. de vsur. & fruct. leg. lib. 6. C. tit. 47. & legibus anterioribus responsum erat, r. si possit, l. 1. si cui plus quam per. & C. P. Ita vocatis coram iudice seu arbitrio eius, quorum interest, omnium instrumentorum & rationum defuncti coram eodem editio fieri debet, vt exploret ea per quæ probetur, quantum sit in bonis, l. pen. §. fin. ad leg. Falc. P. l. 1. C. de eden. l. 2. quem ad. test. aper. l. fin. de bon. auct. iud. possid. P. Subinde heres contributionem facere debet eorum, quæ imputari possint, aut connumerari in portionem quartæ, & legatorum comprehensionem testamento patris substituentis filio impuberi, & a filio relictorum, vel aliorum legatorum cum rebus imputandorum, l. 1. in princ. si cui plus quam per leg. Fal. P. l. 1. inter dūm, & l. idem dicitur, & l. in ratione, §. quod vniū, & §. quantum, & l. qui fundum, §. coheres, ad leg. Fal. Sic habita tota massa hereditatis, deducuntur primum deducenda ex bonis computandis, & quæ remanent apud heredem, vt dictum est, ex §. si de le. Falc. ¶ Postea videndum, quæ inter bona connumeranda sunt. Habeturque primum generaliter ratio quantitatis patrimonii, quod fuit tempore mortis testatoris, l. quantitas, eo. l. in quantitate, 73. & l. in duplicibus, 78. eod. P. quia ex tempore incipit esse hereditatis, l. hereditas, 63. de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sig. & ad id tempus aditio retrahitur, l. omnia, 154. l. omnes, 161. de reg. iur. l. si ex herede, §. si de sup. seru. Quare fructus quidem pendentes & accessiones quæ fuerunt tempore mortis, computabuntur, l. in ratione, 9. ad leg. Fal. l. quia pars rei, l. fructus, de rei vind. P. sed postea nata & percepta, & lucrata ex rebus hereditariis, etiam ante aditionem hereditatis lucro heredis solius sunt, nec ideo minus deducet quartæ ex legatis, si mortis tempore non habuerit quartam deductis legatis, l. quod de bonis, 15. §. fructus, l. Paulus, 24. l. in ratione, ad leg. Fal. d. §. quantitas, eod. l. mulier, §. si heres, ad Trebell. Quia in periculo heredis est diminutio: vt si tempore mortis hereditas quartæ & legatis sufficeret, & postea inops fieret, nihilominus solida legata præstare cogatur, etiam si tarde adierit, quod in arbitrio eius esset maturius adire, d. §. quantitas, & l. in ratione, 30. ad le. Fal. & quædo voluerit rationem Falcidiam inire, l. legis Falcidia, 58. eo. P. Sed quid de peculii incremento dicendum, explicat Marcellus in l. cū quo, de peculio, 56. ad leg. Falcid. Excipimus fructus rerum sub conditione vel in diem legatari, qui medio tempore & pendente conditione percepti, veniunt in contributionem & computationem, l. sed si non seruus, 36. §. si. & l. in quantitate, 73. §. in diem, ad legem Fal. l. mulier, 22. §. fructus, ad Trebell. P. Idem de intersurfio legatæ sub conditione summæ, vel in diem dicendum est, l. circa legem 66. &

Qui quadringenta, §. 7. qui ducenta, & d. l. in quantitate, §. in diem ad leg. Fal. P. ¶ Insuper retentiones omnis temporis heredi imputantur & computantur in quartæ ratione, ne minuantur aliorum legata: vt si inutilia sint legata propter incapacitatem legatarii, vel si alio modo apud heredem remaneant, l. in ratione, l. 1. & l. non est dubium, §. 1. nec interest, §. 1. l. ex affe, §. 2. eo. Si autem portio grauati coheredis superuenierit per ius accrescendi, vel aliter portio coheredi non grauata, & vtendum sit Falcidia, non fiet contributo in ratione in eunda portio non grauata, sed separabitur, l. 1. §. si coheredis, & §. si coheredem, eod. cum distinctione l. 1. §. id quod ex substitutione, & l. quod si alterutro, 77. & l. qui fundum, §. 6. §. qui filium suum, ad legem Falcidiam. P. Item cum distinctione, vt si iure potestatis vel domini portio non grauata accrescit portio grauata, fiat contributo: sed, si e conuerso, l. si pupillus, 2. 1. §. si. & l. Ne centum, 2. 2. §. seruo herede instituto, l. cum quo, §. 6. §. Stichus, ad leg. Fal. P. l. maritum, 2. 5. eo. ti. ¶ Postquam autem facta erit computatio, contributo, imputatio, & deductio, detractio facienda est ex rebus ipsis, si diuidæ sunt: aut si indiuidæ, ex æstimatione rerum, Bars. in l. 1. §. si usus fructus, eo. Omnia tamen legata æstimanda sunt, vt cognoscamus num dodrantem excedant, d. §. si usus fructus, etiam non habita ratione æstimationis factæ per testatorem, iure veteri recepto, l. quod de bonis, 1. §. §. ad leg. Fal. P. l. si fundum, §. 3. §. si libertis, de leg. 1. non iure Nouellarum, quo diximus testatorem posse prohibere Falcidiam, §. si vero expressim, de her. & Falc. 24. in Nouell. vide §. nouel. 48. ¶ Alioquin vbicumque detractio facienda est, huius æstimatio pretii rerum ex veritate facienda est, l. in Falcidia, 4. 4. ad leg. Falcid. P. Sicq; in hæc verba respondit Vlpianus, in l. in lege Falcidia, 6. 2. eod. corpora si qua sunt in bonis defuncti secundum rei veritatem æstimanda erunt, hoc est, secundum præsens pretium, nec quicquam eorum formali pretio, id est, a contrahentibus conuenio, æstimandum esse sciendum est. Paulus prosequitur, l. pretia rerum, 63. eo. pretia, inquit, rerum non esse affectus, nec utilitate singulorum sed communiter funguntur. Idq; exemplis illustrat. in d. l. pretia. Pretium iustum, pretium commune est, quo habita consideratione loci, vbi res sunt, & temporis quo æstimari debent, res vendi possunt, d. l. pretia, & l. si. §. de administr. tuto. C. non habita ratione æstimationis factæ per iuramentum in litem, l. cum pater, 60. §. §. ad leg. Fal. P. vel pluris, quod quis ex stultitia vel prodigalitate emtoris vel affectione consequi possit, l. 3. & l. in lege Falcidia, 4. §. eod. Relatio autem, vt monui, fit ad tempus mortis testatoris. Hicque arbitrio boni viri, & expertum in censura rerum, adhibendum est: potissimum in his quæ a iure non habuerunt æstimationem. ¶ Sunt autem quædam a iure æstimata, vt si legatum sit Reipub. in annos singulos, cum de Falcidia queritur, Marcellus putat, d. l. in quantitate, & eo §. quantitas eod. ap. In fin. tantum videri legatum, quantum sufficit sorti ad vsuras trientes eius summe quæ legata est, colligendas, l. 3. §. §. eo. P. Quomodo æstimetur legatum alimentorum ad vitam relictum, inuenies in l. hereditatum, 68. ad leg. Fal. P. de quibusdam alibi. ¶ Ceterum, cum dixerimus ab heredibus detrahi quartam Falcidie, obiter monendi sunt iuuenes, cuiuscunque heredis hoc non esse beneficium, sed tantummodo heredis cuius hereditas est exhausta, vel supra dodrantem onerata legatis, & pro sua parte, §. 1. & §. §. cum quantum, lege Fal. l. in singulis, eo. P. non autem legatariorum, l. lex Falcidia, 4. 7. in fin. eo. Non enim competit finis propter quem inuenta est Falcidia, legatariis: nempe vt esset inuitati, saltem lucro ad additionem heredes: & vt testati decederent, qui eos instituisent, d. §. 1. de lege Fal. P. l. 24. Dataq; est hæc ideo facultas a lege heredibus, & iste eius effectus, vt possint quadratam retinere, & ex singulis legatis corrödere pro portione æstimationis, vtilium suppleant, non autem ex vno tantum legato, l. 2. C. ad le. Falcid. d. l. in quantitate, §. vlt. & l. Plautius, eod. P. ¶ Rationes autem istius quartæ, quantitatis videlicet statutæ, & æquitatis eius plures sunt. Quod autem ad quantitatem pertinet, cur nec plus nec minus quam quadrans heredi decernatur, sicuti in aliis iuris taxationibus & quartis, nihil amplius possimus adferre, quam quod iustā hanc esse visum fuerit prudentibus pro mercede heredis. Et æstimatio mercedis communiter confertur in arbitrium boni viri, vt non omnino pro media parte qui industriam confert negotio, mercedem reporter, sed quod illi videbitur, l. societatem, pro socio, P. §. in bonafidei, de action. cum similib. At si queramus, cur mercedem ex additione referre debeat heres: æquum id esse suadet, primum vtilitas testatorum, quorum interest habere heredem, l. §. quia, de interu. actio. P. & reipub. supremas hominum voluntates sortiri effectum, l. vel negare, quem test. a. aper. P. Fieri autem illud

non poterat, recusantibus heredibus, ob nullum vel modicum lucrum, ad se defunctorum hereditates, §. 1. de leg. Fal. §. 1. de fidei. her. l. in quantitate, 7. 4. ad leg. Fal. P. Cum nemo cogatur adire vel acceptare hereditatem alterius inuitus, & cum suo incommodo, l. verba hæc, de cond. insti. P. l. si quis omiffa, si quis omi. cau. testa. P. l. in quantitate 7. 4. ad leg. Fal. P. Secundo iure naturæ æquum est, eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda, l. secundum naturam, de reg. iur. l. vni, §. pro secundo, de cad. toll. C. & iniquum, vt vnus lucrum lentiat, alter damnum patiat, in l. si non fuerint, 29. §. si pro soc. P. ¶ Onus autem inesse hereditatibus nemo dubitat, etiam si 28 lucrosa videantur: vt recte cautum sit, non licere pupillo sine tutore acceptare hereditatem, etsi lucrosa sit, ne, vt ait Iustinianus, ei aliquid damnum adueniat, §. neg. tamen, de auct. tuto. Lucrosa namque etsi sit, tamen damnofa est, propter lites quas conuenit excipere vel mouere contra creditores, debitores, & legatarios testatoris: cum tamen alioquin nostra interfit, litibus non vexari, l. minoribus de minor. 2. 5. an. P. Nec factum eius improbat Prætor, qui maluit potius re cateræ, quam sæpius pro ealigare, & vercundia eius, qui lites exsecratur, non est vituperanda, l. item si res fuerint, §. fin. de alien. ind. mut. cau. fac. lib. 4. P. tit. 7. ¶ Tertio, quia 29 heres ad eundo, soluendo legata, & reliqua loco testatoris exercendo, videtur recte negotia eius, & ex mandato gerere, vt in l. 3. §. hæc verba, de procur. P. & ideo salario aliquo remunerandus est æstimando a lege vel iudice, l. 1. mand. C. l. 5. in honorariis, de extraord. cogni. P. Et labor non debet esse sine mercede, §. ne autem, de iudicib. in aurb. Quare etiam æquum est, & eius portionem primam detrahi, tanquam mercedem eius, qui totius hereditatis & legatariorum commoda gerit: & sine cuius additione nihil legatariorum consequerentur.

### Cuius Personæ institutio possit in testamento fieri. Cap. 35.

Lib. 2. Instit. tit. 14. lib. 28. P. tit. 5. lib. 6. C. tit. 24.

- 1 Heres institui qui non prohibetur potest: etiam respub. plures, vni, ignotus, &c.
- 2 Hereditates delatas qui principes acceptarunt & quas, & qui voluerunt.
- 3 Heredes principes cur olim scribebant priuati Romani, & lex ea de re lata a Elia Perinacis.
- 4 Pauperes & captiui in genere institui heredes possunt.
- 5 Posthumi heredes institui possunt sui & alieni hodie non olim, & quare.
- 6 Spiritus seu bastardi non possunt heredes institui a patribus directo vel per fideicom. & seq.
- 7 Marii cuiuscumq; vtilitatis sit filii spiritus succedunt, sed non incestuosi vel adulterini, &c.
- 8 Filii presbyterorum abominandi, & institui a patribus directo vel per obliquum non possunt, neq; in ecclesia eadem beneficium cum patribus habere.
- 9 Spiritus quomodo ab alio, quam a patre, institui potest.
- 10 Naturalis filius ex testamento patris capere potest: spiritus non, vtiq;.
- 11 Fiscus quando capit hereditatem vel legatum spiritus si a patre relinquuntur.
- 12 Spiritus nepos naturalis & legitimus an institui ab aucto: & quomodo possit.
- 13 Legitimus spiritus quando ex testamento patris institui potest.
- 14 Vxor illegitima, puta ante adulterio cognita, testamento hereditas relinqui non potest: sed fiscus capit & rel. etiam.
- 15 Collegia licita autem heredes institui possunt, vt ecclesia: mendicantes autem vel glosi vt possint.
- 16 Mendicantium vsura, & cumalatio pecunie detestata. Et vsura omnibus prohibita.
- 17 Femina olim non poterant vniuersales heredes institui. Sublata lex Voconia, eod.
- 18 Deportati institui heredes non possunt.
- 19 In metallum damnati non instituiuntur heredes.
- 20 Banniti an heredes institui possint.
- 21 Pagani heretici heredes etiam consanguinei scribi nequeunt.
- 22 Heredes institui possunt non prohibiti furiosi, muti, &c.
- 23 Heredum differentia triplex, vel sui, & necessarii, vel extranei, & qui. Et num uxores inter suos heredes marito eod.
- 24 Extranei heredes qui dicantur.

**C**um superioribus capitibus, de modo institutionis vniuersalis & singularis dictum sit: postulat ordo, vt perfectamur quæ personæ institui heredes possint. Pro cuius resolutione dicimus, generaliter cuiusque personæ institutionem approbari, arg. *c. cum locum, de spual. l. qui accusare de accus. l. de his, qui sunt sui vel alie. iur. P. si specialis nota non prohibeatur, l. filiusfamilias, 16. de test. P. l. neg. per se, 10. de her. inst. §. in extraneis. si factioe habeat testamenti passiuam: siue is sit proximus, siue extraneus penitus, & incognitus, l. extraneum, 9. §. 11. de her. inst. C. §. si. eo. apud Iustit. plures & vnus, §. vnus, eo. ciuitates, vici, municipia, l. hereditatis, 12. C. eo. l. omnibus, ad Trebell. P. l. si heres, §. vicis, §. l. si quis a filio, §. si de leg. 1. qui non sunt principibus nostris, hostium nomine, d. l. omnibus. Misitheus doctissimus & ditissimus, focer Gordiani Imperatoris factus, decedens temp. Romanam reliquit hereditatem, vt quicquid eius fuerat vestigialibus accederet, vt ait Iulius Capitolinus, in Gord. Iunio. Item liberi homines, & serui tam alieni quam proprii, & cum libertate expressa, & sine eius expressioe, §. 1. de her. inst. l. pen. de necess. seru. her. inst. l. 6. C. tit. 27. Tam priuata, quam publicæ personæ. §. vt & possit princeps heres institui, videlicet in testamento perfecto, non in imperfecto, l. 3. de test. l. si quis, 6. qui test. a. fac. poss. P. l. ex imperfecto, de leg. 3. §. si quibus modi. test. iur. quia princeps & Augusta in causa institutionis, priuati, iure communi vtuntur, l. cum heredes instituitur, 7. C. qui test. a. fac. poss. l. nolimus, 20. de test. Noluunt sibi relinqui, neque admiserunt relicta sibi vel necessitudinibus suis, codicillis vel epistolis, Valentinianus, Theodosius & Archadius Cæsares, sed ea reddi voluerunt liberis disponentium vel proximis successibus priuatis, vsum illarum dispositionum ratum relinquentes: admittentes tamen hereditates, quæ ex testamentis solemnibus vel nuncupationis legitime illis relinquuntur, l. 2. eod. l. 4. C. The. tit. 4. Non ita Tyberius, qui omnium hereditates sibi delatas lubens adit, quia auarissimus, Dio Cass. 8. In quo vitii genere tamen superatus est a Caio Caligula, qui edicto statuit, vt qui ante sibi heredem destinasset Tyberium, Caio legaret, Idem l. 59. At Flauius Domitianus ab his, quibus liberi erant, nunquam hereditates accepit, Suet. in Domitia. c. 9. Adrianus quoque hereditates ignotas, & eorum quibus erant filii, vel proximi, repudiavit, Spartian. in Adria. Idipsum fecit Antoninus Pius, alio nomine dictus Aurelius, Iul. Capito. in Anton. Pio. O Statius nunquam quicquam ex ignoti testamento capere sustinuit, Suet. in Octauio, ca. 66. §. Solebant enim antiquorum quidam heredem Imperatorem instituire, vel ad captandam Imperatoris auram, iactabant, se instituturos: vel illum ea de re instituebant, vt cum quibus licentiam fortioerem aduersarium pararent, & odiosum hostem. Quamobrem melioribus postea sancitum est temporibus, ne liceret passim Imperatorem senbere heredem: eumque litis causa instituire nimis inuidiosum vsum, nec calumnie facultatem ex principali maiestate capi oportere, vt respondit Paulus Iurif. consultus, in l. Imperatorem, 91. de hered. inst. l. 28. P. i. i. §. Placuit & bona eius, qui se Imperatorem institutum iactasset, a Fisco occupari non posse, l. eius bona, 21. de testam. in P. Elias Perizonæ lege tulit, vt testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent: neve ob hoc aliquando fides succederet. Ipseque professus est, nullius se aditorem hereditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut litæ perplexa, vt legitimi heredes aut necessarii priuaretur. Addiditque Senatus consulto, Sanctius est P. C. in apem Rempub. obinere, quam ad diuitiarum cumulum, per discriminum ac de decorum vestigia peruenire, Iul. Cap. in Pertina. 4. vna. §. Institui etiam possunt heredes captiui ac pauperes in genere, quorum hereditatem adit Episcopus loci illius, vbi locum testator habebat, vel œconomus ecclesiæ: qui distribuunt in redemptionem captiuorum, vel in vsum pauperum. Neque contriuitur institutio ex ratione incertarum harum personarum, Quæ l. 1. §. 1. sed & si quis, l. id quod pauperibus, 24. l. nulli, 28. l. est quis ad declinandam, 37. de episc. & cle. C. si pauer. de testa. in 6. Quamuis alioquin iure communi, institutio incertæ personæ non admittatur. Possunt & institui, nati & non nati, id est, posthumi, rub. de post. hered. inst. in P. C. §. testamenti, de her. qual. & differ. l. filiusfamilias, 16. de testam. P. l. placet, 6. l. sed est questum, cum simul. de libe. & posthu. lib. 28. P. tit. 2. et si sunt sui, vel adoptati ex iure nouo, §. 1. de bono. posse. §. posthumo, de lega. apud Iustit. §. Nisi quando iure Pandectarum prohibita esset alienorum posthumorum institutio, propter suspicionem turpitudinis, l. si quis posthumus, 9. §. sed & si, §. sed & si heres, de lib. & post. P. Alioquin enim, vt iure antiquissimo, non erat omnis institutio posthumorum alienorum prohi-*

bita iure Pandectarum. Nam & in eo Paulus ex sententia Gallii admittit, extraneos posse institui legitimos heredes, l. po. de leg. 3. d. in l. filius 28. §. p. l. posthumum, 27. §. l. si quis posthumus, §. pen. & si de lib. & posthu. (intelligo autem cessante suspitione turpis generationis vel stupri) & ex ea ratio quam testator potest habere in matrimonio. Tanta enim fuit antiquorum Romanorum mori disciplina, vt non tantum a vitio ipso, sed etiam a suspitione ipsius vitii subditorum actus alienos esse vellent: & res sæpe non alia ratione, quam quod mali essent exempli, prohibuerint & punierint, l. si quis aliquid, 38. §. qui abortiuus, de pen. in P. l. 3. §. sed ex Senatus consulto, & l. si mulier em. ad leg. Cor. de fisco. P. l. obseruare, de iudic. P. l. exemplo, C. de probat. cum similib. §. Et hodie hoc etiam inter Christianos obseruari patet, ne ab Ethnicis, qui Dei cultum ignorabant, in bonis vincamur. Et proinde recte statuitur video, heredes non posse relinqui nothos & spurios, incestuosos, adulteros, & alios illegitimos coitu progenitos, a parentibus, aut ex complexu, de ince. nup. §. si quibus mod. nat. eff. sui, in amhen. Coll. 7. l. 1. §. 2. C. de nar. l. 5. C. tit. 27. qui tanta turpitudine notati adhuc non verentur publice proprio ore ingenuos crimē collaudare. Et dictum in prouerbio olim, vbi dicitur, vbi dicitur, vt ait Suidas, in ver. id est, notho non esse aditionem hereditatis. §. Et quæuis placuerit in vilibus personis matribus, quibus castitas & animæ salus, ridiculum est filios spurios succedere posse ex testamento, & ab intestato, cum legitimis liberis, quia mater certa sit, §. nouissime, ad Senat. Orf. §. vltimo quasit. de fisco cognato. & iam satis cogita incontinens: tamen plures negant, Bal. in auth. ex complexu, gl. in l. si qua illis, ad ver. cura legitimus, ad Senat. Orficia. & verissimum puto, id incestuosos, adulteros, & nefarios esse admittendum. Satis enim qui ex talibus coniun & ionibus orti sunt, Deo exosi sunt, & improbilissimæ naturæ dicuntur, degeneres, ignobiles, furentes libidine, & a quibus ira Dei prouocatur, vt scripsit regi Anglorum Bonifacius martyr, c. si gens Anglorum, §. 6. disti. peiores euasuri, si cum pernicioso ceteris exemplo succederent genitoribus. Quare etiam Iustinianus, in mulieribus illustribus, ne possent instituire spurios, his verbis Christianam cum ratione statuit, l. si qua illis, ad Senat. Orf. lib. 6. C. tit. 56. Sancimus vt neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habitis, institui liberis existens, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perueniat. Cum in mulieribus ingenuis & illustribus, quibus castitas obseruatio præcipuum debitum est, nominari spurios facti iniuriosum fuisse, acerbum, & nostris temporibus indignum esse iudicamus. §. Quæ ratio satis superque potest concludere, aduersus eos quos non pudet, cum castitate voverint, filios nefarios instituire, vel rogare alios institutos: vt eis hereditatem relinquant: & quod nefarissimum est & abominabile, in eadem ecclesia sibi successores in beneficiis deligunt, vel beneficiis coemtis in excedris cum dedecore clerici constituntur, contra c. cum decorem, 15. & cad. abolendam, 16. de fil. presby. apud Grego. Sed omitto quæ non possum sine horrore effari, & propter quæ satis nobis compertum est, sanctuarium Dei pollui, & prouocata iram diuinam vsque adeo, vt nostris temporibus iudicium in domo etiam Dei exerceatur. §. De spuris tantum admonebo quod notat Barto. in l. si quis ex bonis de vult. & pupill. filium spurium seu naturalem tantum, quam quæ non potest institui iure quo concubinatus erat permittitur, nisi in duabus viciis, existantibus legitimis liberis, l. 2. de natu. lib. C. tamen cum a patre potuisset substitui legitimo pupillo, vt ei succedat, non autem patri, §. fin. quibus mod. natu. eff. sui, sed vide ibi gl. in ver. participium. In spuris contra, quamquam eius non sit prohibita institutio ab alio quam a patre facta vt potest institui a fratre, Bald. cons. 5. r. vol. & aliis. Sed & inquit Bartolus, in d. l. si quis, nu. 3. potest institui ab eo qui institutus est a patre, quia cessat omnis fraudis suspicio, per l. edicto, l. sed heredem, de alie. iudi. mul. cau. fac. Sequuntur opinionem Bartoli, Bald. & Imola, ad d. l. si quis, cum distinctione, dummodo pater non grauauerit expresse institutum, de restituenda hereditate spurio: vel dummodo de ea restituenda ei tacite fidem non accommodasset institutus, iuxta ea quæ habentur in l. non intelligitur, §. 1. de iure fil. l. si quis, §. superuacuum, quæ mod. pig. vel hyp. sol. & in l. Lucius, §. in testamento, de lega. 1. Quod vel maxime constare videtur, si institutus passus sit, post mortem testatoris, spurium bona patris possidere, vt ait Ioannes Imola, quia frater inde colligitur, l. 1. de natu. lib. C. Nam neque etiam per mediam personam capere a patre potest, quod per se non poterat, Guil. Bene. ad c. Raynuius, ad ver. & uxorem nomine, in success. ab intestato, nu. 122. per d. §. si quibus modis nat. eff. sui, & amb. ex complexu, de ince. nup. In summa resoluendum est, spurium



no 6. §. 3. de acq. hered. filii aut nepotes & deinceps ceteri liberi in potestate morientis constituti sui dicti, quasi domestici heredes, & vno quoque patre etiam quodammodo domini existimari. l. in suis. de lib. & posth. §. si autem de hered. que ab int. deser. apud Justin. Necessarii vero ideo dicti quia siue vellent, siue nollent olim heredes erant, §. necessarii, de her. qual. & diff. & donec illis per prætorem succursum est, & data abstinendi, si vellent, facultas, l. necessarii, §. 7. de acq. hered. P. l. nam nec, §. 9. de leg. 1. pro qua sufficit si se non admiscant, l. quis, §. de acq. her. P. l. 1. si minor, §. ab her. absti. C. Suidas verbum quidem nouum & inauditum Laurentio Vallæ, sed & nouum & incognitum erat Politiano viro doctissimo nomen sui heredis, Alcia in fin. l. 4. de ver. sig. vt enita prisca nomina exoleuerunt, ita alia cum ætate adinuenta & mutata, vt ait Varro, & de lingua Latina. Vfus Iuriconsultorum hoc nomen recepit, & secundum Horatium, in arte poetica,

*Multa ferunt anni veniens commoda secum.  
Multa recedens adimunt.*

Et paulo post.

*Semper in adiunctis, amos, morabitur aptis.*

Nec ego Ciceronem, vel Liuium, vel alium quæuis tanti facio, quanti nostros Iuriconsultos, in terminis artis nostræ: nam peritus in vnaquaque arte est potius credendum. Inter suos sunt ergo, qui in potestate parentis sunt mortis tempore & proximiores, l. scripto, §. si tab. test. nulla ex facta lib. 3. §. 8. P. l. 6. non enim omnes qui in potestate sunt, sui heredes dicuntur, sed qui primum gradum teneat, & posthumi, §. posthumi, de her. que ab int. deser. Putant aliqui, vxores lege Romuli matres familias, quæ per coemptionem transierunt in manum mariti, vt ait Dionysius Halicarnassensis lib. 2. inter suos heredes connumeratas, quod vna succederent cum liberis, vt ait idem Halicarnassensis. Sed hodie hoc ius abrogatum est, l. 1. §. auth. seq. vnde vir & vx. C. Mulieres, quia filios non habent in potestate, §. si uxor, de adop. l. nulla femina, de suis & leg. her. P. suos habere heredes non possunt, §. ceteri, versic. quia de causa, de here.

2. qual. & diff. §. Extranei porro heredes omnes, dicuntur præter necessarios & suos, & si sint filii, qui tamen extra potestatem patris sint, proximi, & penitus alieni, ferui manumissi, a. §. ceteri, l. iustelas, 7. de admim. Notabile tamen est quod tradunt iura, appellationem heredis in conditione adiectam, si sine herede decesserit, restituitur Seio, intelligi tantum, si sine liberis vel filiis decessit, l. ex facto, 17. ad Treb. P. §. ibi gl. & Bart. & Bald. & Cast. in l. antiquitas, de v. s. leg. v. s. Bart. in l. 1. de cond. in ser. C. & late idem in l. 1. si liber. imp. s. c. l. lib. 10. C. de li. & cor. li. Tradunt & interpretes appellationem heredis non venire in fideicommissis extraneos, vt Bald. in l. Gallus Aquilius, §. etiam, de lib. & post. & in §. 1. de natu. success. teu. Bart. in l. pro herede, §. si quid tamen, de acquir. her. Neq; etiam in feudo, vt ait Paulus Castrensis, consil. 17. §. gl. in l. ex facto, ad Trebell. Proprie enim solus filius heres videtur esse, ex ea nota, quod filius sit, ad Galat. 4. d. l. in suis.

De Fine, propter quem ea quæ diximus in superioribus de testamentis, summa cum prouidentia & labore tradita sunt, & de ratione eorundem. Cap. 36.

1. Testamentorum tractationis vniuersa finis.
2. Voluntas morientium sortiri effectum reipub. interest, tuenda & sequenda. §. 3.
4. Voluntas defuncti probata, præualeat proprietati verborum & scripturæ dubia in arbitrio iudicis est. §. 5.
6. Testamentorum executio a quibus sit.
7. Heres cogitur exsequi voluntatem testatoris, si non obtemperet intra annum quomodo cogatur, & priuetur successione.
8. Executores testamentorum qui dicantur, qui possint esse vel non, & quot dentur, §. nn. 9. 10. & 11.
12. Executores testamentarii debent inuentarium conficere, & rationes gesti reddere: quando vendere res hereditatis possint.
13. Executor testamentarius sibi non potest soluere debitum a testatore in Gallia.
3. Iuriconsultorum cura & sollicitudo in testamentorum disquisitione & tractatione summo opere laborauit, vt non sit alia iuris pars quæ prolixius videatur tractata. Vnica causa finalis illa, vt voluntas testatoris, quæ libera morientibus relicta est, l. 1. C. de sacros. eccles. effect. manifesta, l. in testamentis, 26. §. 1. hac consultissima, de testam. l. si. C. de codicil. non dubia, l. in ambiguo, de rebus dub. l. precibus, de impub. C. vel calumniis aut falsis suggestionib. impedita, secundum leges rite ordinata, & vt hoc modo composita, ne-

mo potest, §. 8. de leg. 1. §. disponat, de nup. in auth. in suo statu obseruari retur auctoritate publica. Nam & eius interest est suprema hominum iudicia sortiri effectum, l. vel negare, quem ad. testa. aper. P. §. 7. In actis publicis, nihil est lege grauati priuatis, firmissimum est testamentum, Cic. Phil. 2. Et enim, inquit Arnobius, 2. contra gentes, morti vicini maxime valemus scientia, ita vt de futuris vaticinemur, vt proditum est a Platone in apologia Socratis, dixisse Socratem. Cui sententia & accesserunt Romani, fidem que eius rei faciunt testamenta Patriarcharum in Genesi mundi, c. 27. 49. & 50. Depresso namq; corpore, quod aggrauat animam, exitui suo proxima anima, veluti incipiens a carcere absolui, spiritalia fincerius contemplantur & liberius: potissimum cum hæc caduca, quæ relicta est, incipit despiciere, & mentem ad futura transfert, §. 7. Ita voluntatem Virgili ferendam Augustus dicebat,

*Iussit hæc rapidi aboleri crimina flammis,  
Legibus at, inquit, seruanda fides, suprema voluntas  
Quod mandati, si erig, ubet, parere necesse est.*

Et Plinius, l. 7. c. 30. Diuus Augustus carmina Virgili cremari contra eius testamenti verecundiam vetuit. Lex erat duo decim tabularum, Paterfamil. vii. super familia pecuniarum suis legasse, ita uti esto, Cic. 2. de inuentio. l. verbis legis, de verb. sig. l. 1. ad leg. Falc. Vbiq; nobis tuenda est voluntas deficienteium, §. sancimus, de her. & Fal. in auth. l. 3. de lib. præ. l. 6. C. l. 28. quia ea facit, vt que dicitur est in testamento, valeat, & ita valeat vt sentit testator, quamuis aliter scriptum intelligi possit, l. ex facto, 35. §. rerum autem, de her. inst. l. 1. si mihi & tibi, 12. §. si de le. 1. l. cum de lamianis, 18. §. optimus, de sum. inst. vel inst. leg. P. l. in conditionibus, 19. §. l. pater Senerianus, de cod. & idem. l. fides commissis, 11. §. item si quis de leg. 3. l. cum questio, 23. §. si. C. de lega. Neque vti que in causa testamentorum, vt ait Marcellus, ad definitionem verborum descendendum est, cum pluri mi abusive loquantur, nec propriis vocabulis ac nominibus semper vtantur, Marc. in l. non aliter, §. de leg. 3. §. 7. Et ita voluntas, si de ea constet, verborum proprietatibus anteposenda, §. peditio, §. Labeo, de auro. & argen. leg. P. l. non aliter, 67. de leg. 3. Hac ratione Martianus probat, vel non alieno. 116. §. si que a primo, de legat. repetitur legatum bis vel amplius semel deberi, Quia voluntas, inquit, defuncti hæc est, vt semel debeat. Et eadem, ab euidente mente testatoris relictur conditio, quæ verbi inesse videtur, ab Vlpiano, l. si cui legatur, §. 1. §. hoc autem legatum, de. Vt contra, quæuis verba enunciatia non inducant dispositionem, vel fideicommissum, si tamen doceatur talem fuisse voluntatem defuncti, inducunt, vt respondit Modestinus, l. Titia cum testamento, 35. §. C. ius Seius, & §. Titia, de leg. 2. imo voluntas testatoris probata præualeat scripturæ, vt minus scriptum quam dictum iudicemus, l. qui quartam, 15. de legat. 1. Et si aliunde ex presumptione quadam certæ peti possit mens testatoris, illa adhuc præualeat scripturæ: veluti, si quis allato falso nuntio de morte filii sui, mutauerit institutum quem fecerat antea filium, si ius redat, si ius cedet, l. si. de her. inst. P. Et ita Centumviris etiam iudicasse tradunt Cicero, 1. de orat. & Valerius Maximus, l. 7. c. 7. Et Lælius Crassus, in Coponensi institutionis questione, de controuerfia substitutionis Manii Curii dicebat, voluntatem non verba valere oportere, Nam si, inquit, voluntates sententiæ, negligantur, quæ in verbis futura si captio, et in ceteris rebus, tum in testamentis. Ex bono & aequo, non ex callido versutoq; iure res iudicari debent: scriptum sequi, calumniatores esse. Boni vero iudicis, voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere, Cic. l. de Inuen. in 1. §. 2. de orat. in Bruto in Topicis, in Orat. pro Cæcio. Facit l. p. ad exhib. P. c. intelligentiæ, de verb. sig. §. 7. Ceterum, si nimum ambigua voluntas sit, iudicis æstimatio erit, quid de ea statuendum sit, l. voluntatis, C. de fideico. l. 2. l. Mutius, 7. §. si. de ann. leg. P. §. 7. Certa voluntate facta, executioni ea demandari debet, 6 vel per heredes, vel per executores in testamento datos, vel a lege constitutos. Heredes, vt respondeant negotiis hereditariis, & quæ habebat testator faciendæ explicent operæ petium est, cum succedant in ius vniuersum defuncti, l. hereditas, de reg. iur. §. licet autem, quib. ex causis man. non lic. & hoc est pro herede se gerere, l. pro herede de acq. hered. Et ita omnia legata ab herede diximus prælati, §. legatum, de leg. omnes actiones in eum dirigi vt in defunctum, & ab eo omnes actiones defuncti exerceri, l. uni, vt aff. ab her. & con. her. C. distingue per l. uni. ex del. def. in quan. her. sen. C. atque si contumax sit principali & pontificali auctoritate voluntatem testatoris implere cogetur, l. heredes etiam, de petit. her. red. P.

§. Et si intra annum monitus personaliter a iudice ipso, non impleuerit quæ pro impletis haberi sine factis suo non possunt, priuatur

prout iure successione. Tria enim in hac priuatione requiruntur, 1. vt adimpleri sine eo non possit, 2. vt moueatur personaliter a iudice, 3. vt intra annum non impleat. Et tunc hereditate priuatur & prelegatis, etiam si aliter testator huiusmodi ei ea relicta-  
 rus, *auth. hoc amplius. C. de fideicom. §. si quis autem non impleuerit, de her. & Falc. in auth. explicat hoc pluribus Guil. Bened. in c. Rajn-  
 riuus, ad ver. si absque liberis, 2. in fideicom. substi. nu. 198. 199. 200. vsq;  
 qus ad 209. Quæ tamen vera non sunt in lex casibus, quos explicat  
 Guil. Bened. in pro. cit. loco ad nu. 209. vsq; ad 218. 1. Si iusta de  
 causa eitra negligentiam heres implere non possit, *Pan. conf. 60.  
 facti l. nulli, C. de episcop. & cler. 2. Si implementum non respicit  
 commodum pecuniarum alterius, non oportet iuncta gl. si. de his  
 quib. et indig. vel animam testatoris, cuius implementum non debet  
 differre, c. licet de vo. & vot. red. §. si quis autem, cum §§. proced.  
 de eccl. tit. 3. Si damnosa est hereditas, & eo priuato alii noluit eam  
 acceptare, *Guil. Bened. d. ratiorem in praed. loco nu. 212. gloss. in §. si  
 vero non impleuerit, de her. & Falc. colla. 1. Facit text. l. si quis solidum,  
 de her. in fit. gl. in l. ea sola, de reg. iur. P. 4. Si agatur de regno, comita-  
 tu, aut baronia, *Panor. in c. inuoluto, de iure iur. Bald. in authen.  
 hoc amplius, C. de fideicom. nisi filius patri implere promississet, & age-  
 retur de salute publica, vt in c. licet, de voto. 5. Si testator penam  
 non implenti heredi imponat, cessat legalis, cui renuntiasse testa-  
 tor videtur, l. 1. §. 1. de pen. lega. l. si fundum sub conditione, §. Strychum  
 Sempro. de leg. 1. Postremo motuosus heres non dicitur, nec ea de  
 causa priuatur iure suo, si testator executores testamentarios con-  
 stituerit speciales, *Bart. in d. authen. amplius, per tex. in l. multa, de  
 condit. & demon. §. si quis autem, de eccl. tit. in auth. quando heres  
 sine executore nou potest exsequialias contra. Et nisi remoto  
 vel mortuo executore, iudex monuisset heredem, vt impleret,  
 Vide qua in probationem adfert *Guil. Bened. in praed. loco, nu. 215.  
 Potes hic addere alia remedia quæ diximus dari contra heredes  
 legataris, paulo ante cap. 3.******

8 ¶ Iure pontificio, si ante annum non exequatur heres volu-  
 tatem testatoris a die monitionis, in rebus piis executio deuolu-  
 nitur ad episcopum, *c. nos quidem, 3. de testam. §. si quis edificatio-  
 ne, de eccl. tit. vide Panor. in c. iudicante, & c. si heredes, de test. Et si  
 adhuc parere de facto contemnat, ex concilio Moguntino, ab e-  
 piscopo loci illius omnis res, quæ ei relicta est, canonicè interdicitur  
 cum fructibus & reliquis emolumentis, *d. c. si heredes, 6. etiam  
 si testator dixerit, ne ad episcopum cura deuolueretur, ca. tuanos,  
 17. de testa. §. si quis autem pro redemptione, de eccl. tit. in auth. au-  
 licet, de episc. & cler. Nam & in negligentiam quoque executoris  
 dati deuolutio fit ad episcopum, *l. nulli, 28. eo. tit. Exstat Emanuelis  
 Comneni Imperatoris Orientis constitutio nouella Græca, lib.  
 1. iur. Orienta. de executio. testamentorum, qua instituto Chris-  
 to, vel pauperibus, vel pia causa, iubetur, ne lis executionis ultra  
 duos menses prorogetur, & intra quattuor dies, si fieri possit  
 propter salutem animæ defuncti fiat distributio: vultque episcopum  
 in casu negligentia, & ecclesiæ œconomum, vel ipsam Im-  
 peratorem fieri executorem.***

9 ¶ Exsecutor datus, vel alius is dicitur, qui secundum conscien-  
 tiam id est, secundum id quod voluisse scit vel presumit testa-  
 torem, facit quod a testatore ei iniunctum est, *d. l. nulli, §. & si qui-  
 dem. Exsecutorem alioquin dicimus, qui ad finem iam decretum  
 ducit, *l. exsecutorem, de exsec. rei iud. habita ratione eius quod ex-  
 ponendum est a testatore iustum, secundumque impositam for-  
 mam. Et ita, cum pro diuersitate negotiorum, plures species con-  
 stitui possint executorum, hic agetur taatum de testamentatio**

seu vltimæ voluntatis. ¶ Ex dispositione iuris communis omnes  
 cuiuscunque sexus viri & mulieres possunt esse executores vlti-  
 marum voluntatum. Item minores 25. annis, *l. a filio, 55. de alim.  
 & cib. lega. gl. in c. religiosus, 2. de testam. in 6. Et religiosi, petita li-  
 centia a superiore, d. c. religiosus. De mulieribus ad secundas nup-  
 tias transeuntibus tamen, *Barto. in d. l. a filio herede, ait, si execu-  
 trices datæ sint, illis dari coadiutores, vel manus earum ad epi-  
 scopum deuolui. Qui habet personatum vel ecclesiasticam di-  
 gnitatem, non potest esse executor testamentorum laicorum, c.  
 ex parte, 70. dist. c. literis, de concef. preb. quia prohibentur istæ per-  
 sonæ esse administri & procuratores laicorum, c. sacerdotibus, ne  
 cler. vel mona. c. ex parte, de post. prala. ca. episcopus, 8. dist. ministri  
 autem dicuntur executores, *l. si quis a Titio, 10. de leg. 2. d. ca. reli-  
 giosus, de testa. in 6. cap. si. 86. dist. l. generaliter, de episcop. & cler. nisi  
 sint executores eorum, quæ disposita sunt pro anima defuncti,  
 & relictorum ad pias causas, *Clem. ex ini, §. proinde, & §. verum, de  
 verb. sig. Exceptis mendicantibus cordigeris, qui nullo modo dari  
 possunt executores: nisi distributo sit faciendâ inter eisdem ordi-  
 nis monachos & moniales, *Bart. in tract. mino. lib. 3. c. 1. ¶ Pos-  
 sunt vnus & plures dari executores, quorum vno mortuo, aut  
 exsequi nolente vel absente, alter exsequi potest, nisi contrarium  
 testator exprefferit, c. si. §. si de test. in 6. vide Specu. in tit. de instrum.  
 edit. §. nunc vero aliqua, in ver. queritur an executores presentis,  
 nu. 49. ¶ Forma generalis exsequendi, vt ante omnia conficiant  
 inuentarium bonorum, si sint generales executores: nam sine eo  
 non possunt rationem gesti reddere, ad quam tenentur, & ad reli-  
 qua præstanda, *intra l. Lucius, 53. de manu. test. lib. 40. P. tit. 4. l. si  
 quis ita, §. l. si duo, de statu. li. eo. li. P. tit. 7. Quemadmodum qui no-  
 mine tutorio administrat, antequam aliquid gerat, inuentarium  
 facere debet, *tutor qui repositus, de aduoc. iur. & rationum  
 redditionem ab inuentarii exhibitio ne incipere, posteaq; ratio-  
 nalia exhibere, l. 1. §. de seruis, de iur. & ratio. dist. excutiendæ  
 namque sunt executorum rationes, vt sciamus reliqua quæ ab il-  
 lis sunt præstanda, *l. si cui libertas, 49. de cond. & demonst. Creditur  
 tamen testamentorum executorum iuramento, num accepta  
 expenderint, dummodo illorum non interfit, vt sint bonæ famæ  
 & vitæ, & sine suspitione, *Bald. in l. captatoris, de mili. test. Cyn. Bar.  
 in l. pro redemptione, §. 1. per illum tex. C. de donatio. Cauet & stylus  
 Parisiensis, du petit chastelet, tit. des examinateurs, c. 10. vt executo-  
 res testamentarii cogantur statim post annua morte testatoris  
 reddere rationem executionis. Ita & placuit, vt quod testator vi-  
 uis vni executori dedit expendendi causa in sepulturam vel in  
 aliam rem si non expendatur, quod superest non expensum resti-  
 tuti heredi, *Soa. l. Lucius Titius, 90. §. 1. de leg. 2. Nudus quippe mi-  
 nister est, neque quicquam apud eum remanere debet, *l. si quis Titio,  
 cod. Potestas tamen pendente executione retinendi data pe-  
 nes eum est, videlicet mobilia, non immobilia: neque heres ante  
 executionem conueniri de interdicto possessorio aduersus eum  
 potest pro mobilibus, quamuis recte audiatur pro immobilibus,  
 vt placuit curiæ Parisiensis sup. præm. 1. Septem. 1377. vide *Tiraq.  
 le mort saisi levif. par. 7. Pap. lib. 20. ar. 10. tit. 9. ar. 4. & s. Attamen  
 aliquando & immobilia defuncti vendere potest pro legatorum  
 solutione, si mobilia non sufficiunt: vt iudicatum in eadem curia,  
 12. Iunii 1555. *Paulus lib. 20. tit. 6. ar. 9. ¶ Notabile illud, vt in  
 hac executione non possit executor in Gallia sibi a testatore de-  
 bitum accipere, quamuis iure communi liceat: sed debet ab he-  
 rede petere, *Spec. tit. de infra. edit. §. nunc aliqua, vers. 39. vt placuit  
 eidem curiæ 5. Maii, 1536. *Pap. lib. 20. r. haps. ar. tit. 9. ar. 2.***************

## DE MEDIIS, QUÆ AD CAUSAM TESTAMENTI ET INTESTATI PERTINERE POSSVNT. LIBER XLIII.

### De Codicillis. Cap. 1.

Instit. Lib. 2. tit. si P. lib. 49. tit. 7. C. lib. 6. tit. 36.

- 1 Codicilli pertinent ad causam testati & intestati & bonorū possessio.
- 2 Codicilli vnde dicti, & codex.
- 3 Codicilli quid, & eorum cum testamento differentia. Et quod hereditas directo codicillis nec dari nec adiri potest.
- 4 Codicillorum species, quomodo differant ab epistolis, de quibus sunt, & a quibus forma codicillandi, quomodo cum testamento & sine testamento fiant, nu. 5. 6. & 7.
- 8 Codicilli ante testamentum facti habent vires a testamento.

- 9 Codicilli post testamentum facti vel approbantur vel improbat-  
 tur cum ipso testamento.
- 10 Lentulus primus codicillis validis usus.
- 11 Multis codicilli etiam sine testamento valent.
- 12 Codicillis scripta valent, si modo nihil derogent institutioni: non  
 aliter.
- 13 Codicillis plures fieri possunt validæ non testamenta.
- 14 Codicillaris alius sine effectu & forma.
- 16 Inuassentum negotio appositum continet, vt valeat meliori iure,  
 quo valere possit nōtum.

Ecce 4